PONTIFICIA UNIVERSITAS GREGORIANA

TEXTUS ET DOCUMENTA

IN USUM EXERCITATIONUM ET PRAELECTIONUM ACADEMICARUM

SERIES THEOLOGICA

21

DE "PLATONISMO" PATRUM

TEXTUS COLLEGIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

R. ARNOU S. I.

IN PONT. UNIVERSITATE GREG. THEOL. PROF.

ROMAE

APUD AEDES PONT. UNIVERSITATIS GREGORIANAE

Piazza della Pilotta, 4

1935

TEXTUS ET DOCUMENTA

SERIES THEOLOGICA

1. **De Spiritu Sancto anima corporis mystici.** — I. Testimonia selecta e Patribus Graecis (S. TROMP). in-8°, pp. 64, 1932 - Lire 4.
2. **S. Augustini: De Correptione et Gratia.** — Editio aucta introductione, notis, textibus parallelis (C. BOYER). in-8°, pp. 64, 1932 - Lire 4.
3. **De obligatione catholicorum perseverandi in fide suscepta.** — Documenta Vaticana (H. LENNERZ). in-8°, pp. 68, 1932 - Lire 4.
4. **De ordaliis** — I. Decreta R. Pontificum et Synodorum (P. BROWE). in-8°, pp. 48, 1932 - Lire 4.
5. **De frequenti communione in Occid. usque ad a. 1000.** — Doc. varia (P. BROWE). in-8°, pp. 84,1932 - L. 6.
6. **Photius et Ecclesia Romana.** — Documenta notis illustrata I: Primus Patriarchatus Photii (G. HOFMANN). in-8°, pp. 68, 1932 - Lire 4.
7. **De Spiritu Sancto anima corporis mystici.** — II. Testimonia selecta e Patribus Latinis (S. TROMP). in-8°, pp. 54, 1932 - Lire 4.
8. **Photius et Ecclesia Romana.** — II. A Synodo Romana (869) usque ad depositionem Photii (886) (G. HOFMANN). in-8°, pp. 52, 1932 - Lire 4.
9. **S. Leonis Magni Tomus ad Flavianum episc. Constantinopolitanum** (ep. 28) **cum Testimoniis Patrum et epistula ad Leonem I imp.** (ep. 165). — Editio nova cum introductione, notis, indicibus (C. SILVA-TAROUCA). in-8°, pp. 72, 1932 - Lire 4.

PONTIFICIA UNIVERSITAS GREGORIANA

TEXTUS ET DOCUMENTA

IN USUM EXERCITATIONUM ET PRAELECTIONUM ACADEMICARUM

SERIES THEOLOGICA

21

DE "PLATONISMO" PATRUM

TEXTUS COLLEGIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

R. ARNOU S. I.

IN PONT. UNIVERSITATE GREG. THEOL. PROF.

ROMAE

APUD AEDES PONT. UNIVERSITATIS GREGORIANAE

Piazza della Pilotta, 4

1935

INDEX RERUM

INTRODUCTIO

Quamvis theologia et objectum proprium et propriam methodum sine confusione servare debeat, ut tamen hominibus certi temporis eius doctrina fiat aperta, necessario eorum et cogitandi et loquendi modum saltem ex parte usurpat. Quod tunc praesertim faciebat et a philosophia coaetanea magis pendebat, quando, traditione nondum elaborata, formulas quaerebat ad veritates revelatas significandas aptiores et scopum apologeticum etiam prosequebatur. Inde accidit ut, neglecto tali influxu philosophico, verus sensus terminorum effugiat et genuinus valor speculationum etiam theologicarum pervertatur.

Mens nostra non est nisi exempla tantum adferre quibus tirones in huiusmodi studium comparativum introducantur et in legendis Patrum operibus reddantur attentiores. Quamobrem quaedam ex iis selecta sunt loca quae ad « platonicorum » [1] commenta propius accedunt, de natura Dei, de relationibus quae vigent inter Deum et homines, de purificatione animae, de contemplatione; alia etiam addita sunt minus orthodoxa vel haeretica, in quibus dogmata de SS.[a] Trinitate, de generatione Verbi, de unitate Christi quidam audacius conati sunt ad normam philosophiae naturalis reducere. Haec autem themata, quae non secundum rationem temporum, sed iuxta materiam sunt composita, facile apparebit fere omnia volvi circa notiones

[1] De « platonismo » et de diversis huius vocis significationibus mihi liceat remittere ad articulum : *Platonisme des Pères*, in *Dict. théol. cathol.*, t. XII. col. 2259 et seq.

unitatis et unionis, quae in philosophia neoplatonica tanti sunt momenti: quomodo plura vel multa unum efficere possint, quomodo ex uno multa procedant aut ad unum multa redeant.

In notis remittitur studiosus lector ad ipsa opera philosophica in quibus affinis evolvitur doctrina, ita ut, comparatione facta, cognoscat quid theologia a « sapientia extranea » acceperit, quid vero reiecerit vel accommodaverit.

De divina monade

ORIGENES

1. Non ergo corpus aliquod aut in corpore esse putandus est Deus sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adiunctionis admittens; uti ne maius aliquid et inferius in se habere credatur, sed ut sit ex omni parte μονάς et ut ita dicam ἑνάς [1], et mens ac fons, ex quo initium totius intellectualis naturae vel mentis est. Mens vero ut moveatur vel operetur, non indiget loco corporeo neque sensibili magnitudine vel corporali habitu aut colore, neque alio ullo prorsus indiget horum, quae corporis vel materiae propria sunt. Propter quod natura illa simplex et tota mens ut moveatur vel operetur aliquid, nihil dilationis aut cunctationis habere potest, ne per huiusmodi adiunctionem circumscribi vel inhiberi aliquatenus videatur divinae naturae simplicitas, uti ne quod est principium omnium, compositum inveniatur et diversum, et sit multa non unum, quod oportet totius corporeae admixtionis alienum una sola, ut ita dixerim, deitatis specie constare. (*De principiis* I, cap. I, 6; Koetschau, t. V, p. 21, l. 10 et seq.; MG. t. XI, col. 125 A).

---

[1] Monadem esse Deum Pythagoras dixisse refertur (Stob. *Eclog.* I, 58). Ideas Plato ἑνάδας et μονάδας dicebat, v. g. *Phileb.* 15 a b. Hoc autem in loco, Origenes videtur fuisse inspiratus a Philone *Leg. alleg.* II, 1; Cohn t. I, p. 90, quem conferre proderit. Videas etiam Plotinum *Ennead.* V, lib. IV, cap. 1; III, VIII, 8 et 9; III, IX, 9.

MARIUS VICTORINUS

2. Deus cum sit, ut ab omnibus dicitur, unum, et solum unum. Nonnulli autem dixerunt « Deum esse unum omnia et nec unum; omnium enim principium, unde non omnia, sed illo modo omnia [1]». Istud autem hac de causa et primum quidem Deum esse unum et solum. Illa tria [2], quia non copulatione consistunt, sed existendo quod sunt ipso, et quod alterum credimus sunt necessario unum, nec ullo modo alterum. Sed de hoc saepe dictum. Quod vero dictum : « unum omnia, et nec unum, omnium enim principium », satis aperte dilucideque declarat patrem rerum omnium et principium Deum, qui, cum unum non est, magis omnia est, quia et omnium causa est atque principium et in omnibus omnia [3]. (*Adversus Arium*, lib. IV, cap. XXII; ML. t. VIII, col. 1129 AB).

PS. DIONYSIUS

3. Ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ τὴν θεαρχίαν ὁρῶμεν ἱερῶς ὑμνουμένην ὡς μονάδα μὲν καὶ ἑνάδα, διὰ τὴν ἁπλότητα καὶ ἑνότητα τῆς ὑπερφυοῦς ἀμερίας, ἐξ ἧς, ὡς ἑνο-

3. In tota fere theologica tractatione divinitatem cernimus sancte laudatam ut monadem quidem et unitatem propter simplicitatem eius supernaturalis indivisionis, ex qua, tanquam ex unifica virtute, unum

---

[1] Sic Plotinus *Ennead.* V, lib. II, cap. 1 : Τὸ ἓν πάντα καὶ οὐδὲ ἕν· ἀρχὴ γὰρ πάντων οὐ πάντα, ἀλλ' ἐκείνως πάντα. Cf. *Enn.* VI, lib. VII, cap. 32 et lib. IX, cap. 3; V, III, 11; III, VIII, 9; P. Henry, *Marius Victorinus a-t-il lu les Ennéades de Plotin*, in *Recherches de sciences relig.* 1934 (XXIV) p. 437 et seq.; *Plotin et l'Occident*, Louvain 1934, p. 44 et seq.

[2] De his tribus, videas Marium Victorinum, *Adversus Arium*, cap. XXI, col. 1128 D: τριδύναμος est Deus, id est tres potentias habens, esse, vivere, intelligere...; cap. XVIII, col. 1126 D.

[3] Cf. *ibid.* cap. XVIII, col. 1126 D; cap. XXIV, col. 1130 D; Ps-Dionys., *De divinis nominibus*, cap. V, n. VIII; M. G. t. III, col. 824 A B.

ποιοῦ δυνάμεως, ἑνιζόμεθα, καὶ τῶν μεριστῶν ἡμῶν ἑτεροτήτων ὑπερκοσμίως συμπτυσσομένων, εἰς θεοειδῆ μονάδα συναγόμεθα καὶ θεομίμητον ἕνωσιν [1]. (*De divinis nominibus*, cap. I, n. IV; M. G. t. III, col. 589 D).

De monade et trinitate

PS. ATHANASIUS (APOLLINARIS ?)

4. Ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστιν ὁ Λόγος... Καὶ ἐπειδὴ ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστι, καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγος, Σοφία, Υἱὸς καὶ δύναμίς ἐστιν ὁ Χριστός, διὰ τοῦτο εἷς Θεὸς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καταγγέλλεται. Τοῦ ἑνὸς γὰρ Θεοῦ Υἱὸς ὢν ὁ Λόγος [2], εἰς αὐτόν, οὗ καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται· ὥστε δύο μὲν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱόν, μονάδα δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον. Λεχθείη δ'ἂν καὶ οὕτω μία ἀρχὴ θεότητος, καὶ οὐ δύο ἀρχαί· ὅθεν κυρίως καὶ μοναρχία ἐστίν. (Inter opera S. Athanasii, *oratio IV contra Arianos*, 1; M. G. t. XXVI, col. 468 A).

---

quid exsistimus, atque, separationibus nostris et diversitatibus supermundane coagmentatis, ad monadem deiformem redigimur et ad unionem quae Deum imitatur [1].

4. Ex Deo Deus est Verbum... Quia porro ex Deo Deus est et Dei Verbum, Sapientia, Filius et Virtus est Christus, idcirco unus Deus in divinis Scripturis annuntiatur. Cum enim Verbum unius Dei sit Filius [2], ad illum cuius est refertur, ita ut duo quidem sint Pater et Filius, monas vero divinitatis individua sit et nullo modo separabilis: ac proinde dicendum est unum esse divinitatis principium, non duo principia: unde et proprie monarchia est.

---

[1] Cf. *ibid.* cap. I, n. 1; col. 588 B; S. Gregor. Nazianz., *orat.* VI, *De pace* 4, 13; MG. t. XXXV, col. 725 B, 740 A.

[2] Cf. S. Athanasium, *De decretis nicaenae Synodi,* 11; M.G. t. XXV, col. 436 A; *orat. III contra Arianos*, 16; t. XXVI. col. 357 A; Didymum Alexandrinum, *De Trinitate*, lib. II, cap. V; t. XXXIX. col. 492 A B.

S. HILARIUS

5. Moyses namque vel potius Deus per Moysen populo et in Aegypto et in deserto idolis et deorum, ut putabant, religionibus occupato, hoc constituit principale mandatum ut unum Deum crederet: et vere ac merito constituit. Unus est enim Deus ex quo omnia. Sed videamus an idem Moyses eum quoque, per quem omnia sunt, Deum esse confessus sit [1]. Non enim Patri adimitur quod Deus unus est, quia et Filius Deus sit. Est enim Deus ex Deo, unus ex uno: ob id unus Deus, quia ex se Deus. Contra vero non minus per id Filius Deus, quia Pater Deus unus sit; est enim unigenitus Filius Dei: non innascibilis, ut Patri adimat quod Deus unus sit, neque aliud ipse quam Deus, quia ex Deo natus est [2]. (*De Trinitate*, lib. IV, n. 15; M. L. t. X, col. 108 A B).

6. Missi [3] autem et mittentis significatio hic non aliud quam Patrem et Filium docet, caeterum veritatem non adimit naturae, neque in Filio perimit nativae divinitatis proprietatem: quia nemo ambigat naturam auctoris in Filii nativitate connasci, ut ex uno consistat in unum quod per unum non discernatur ex uno: atque ita unum sint per quod unus ex uno est. (*Ibid.*, lib. V, n. 11; col. 136 B) [4].

7. Haec est nativitatis natura: hoc salutaris fidei sacramentum, non dividere quod unum sunt, nec nativitati adimere naturam, et ex vivente Deo viventis Dei veritatem confiteri... Totum in eo quod est unum est: ut quod spiritus est, et lux et virtus et

---

[1] De hoc puncto cf. *ibid.* n. 16 - 22.

[2] Cf. *ibid.* lib. IV, n. 33, col. 120 D: « Ac sic uterque Deus unus est; cum inter unum et unum id est ex uno unum, divinitatis aeternae non sit secunda natura. Adorandus ergo est (Filius) a filiis Dei et honorificandus ab Angelis Dei».

[3] vel Angeli, prout Filius in sacra Scriptura nominatur, *ibid.* 136 A.

[4] Cf. *ibid.* n. 20, 143 A; V. 37, 155 A: « per hoc non refertur ad aliud quod in unum subsistit ex uno »; n. 38, 156 B; n. 39, 157 A.

vita sit; et quod vita est et lux et virtus et spiritus sit. Nam qui ait: Ego sum et non demutor (Malac. III, 6), non demutatur ex partibus, nec fit diversus ex genere. Haec enim quae superius significata sunt, non ex partibus in eo sunt; sed totum hoc in eo unum et perfectum, omnia Deus vivens est. (*Ibid.* lib. VII, n. 27; col. 223 A B).

8. Infer duos, si occasio patet, fidei Ecclesiae deos: aut solitarium Deum vel falsa saltem mentire ratione: Filium, si potes, a Patre absque nativitatis tantum confessa veritate discerne; Filius in Patre est et in Filio Pater, non per transfusionem refusionemque mutuam sed per viventis naturae perfectam nativitatem. Ita in Deo patre et in Deo filio neque duos connumerabis deos, quia unum uterque sunt, neque singularem praedicabis, quia uterque non unus est. Non habet igitur fides apostolica duos deos, quia nec duos patres habeat, nec duos filios. Confitendo patrem, confessa filium est: credens in filium, credidit et in patrem: quia et nomen patris habet in se filii nomen. Non enim nisi per filium pater est; et significatio filii demonstratio patris est: quia non nisi ex patre sit filius. In unius itaque confessione non unus est: dum et Patrem consummat Filius et Filii ex Patre nativitas est. Non demutatur autem per nativitatem natura, ne secundum similitudinem generis sui eadem sit. Eadem autem ita est, ut per nativitatem et generationem uterque potius unum confitendus sit esse, non unus [1].

Duos itaque praedicet deos, qui potest unum praedicare sine uno: aut singularem Deum doceat, qui possit negare et unum uni per naturae virtutem et per sacramentum generationis et nativitatis non inesse. Naturam quoque diversam deputet ad utrumque, qui nesciat Patrem et Filium quod unum sint praedicatos. Deleant haeretici evangelicam Filii de se professionem :

---

[1] De Christo et de « natura in eo unius Dei ex Deo » quae eum in Deum alterum non separat (lib. VIII n. 4 col. 239 C) cf. *ibid.* col. 240 B: « In hac perfectae nativitatis beatissima fide, vitium omne et duum deorum et Dei singularis exstinguitur: cum qui unum sunt non sit unus, et qui non unus est non tamen ab eo qui est ita ex aliquo differat ut uterque non unum sint ».

Ego in Patre et Pater in me est, ut possint vel duos deos praedicare, vel solum. Non sunt naturarum significationes in naturae unius proprietate: nec duos deos Dei ex Deo veritas perficit, nec singularem Deum Dei patitur nativitas. Nec non unum sunt qui invicem sunt. Invicem autem sunt, cum unus ex uno est: quia neque unus uni aliud per generationem quam quod suum est dedit, neque unus ab uno aliud per nativitatem obtinet quam unius [1]. Apostolica igitur fides sive Patrem praedicabit, praedicabit Deum unum; sive Filium confitebitur, confitebitur Deum unum; quia et eadem atque indissimilis [2] Dei natura sit in utroque, et quod, dum et Pater Deus et Filius Deus est, et unum sit naturae nomen utriusque, unus utrumque significat. Nam ex Deo Deus vel in Deo Deus, nec deos duos perficit, cum unus ex uno in natura et nomine maneat unius; nec in solitarium Deum deficit, cum unus et unus in significatione non solus sit. (*Ibid.* lib. VII, n. 31, 32; col. 226 A B C; 227 A B).

EVAGRIUS (PS. BASILIUS) [3]

9. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπηρεαζόντας ἡμῖν τὸ τρίθεον ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτιπερ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οὐ τῷ ἀριθμῷ ἀλλὰ τῇ φύσει ὁμολογοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὃ ἓν ἀριθμῷ λέγεται, τοῦτο οὐχ ἓν ὄντως οὐδ' ἁπλοῦν τῇ φύσει ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται. Οὐκ ἄρα εἷς ἀριθμῷ ἐστιν ὁ

---

9. Caeterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant illud dicatur: unum nos Deum non numero sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est neque natura simplex: Deum vero simplicem et incompositum confitentur omnes. Non igitur unus numero est Deus. Quod autem dico est eiusmodi. Unum numero hunc mundum esse

---

[1] i. e. quod unius est.

[2] Cf. *Apologetica ad reprehensores libri de Synodis responsa,* III, VI, VII, VIII, XI, XII; *ibid.* col. 546 C et seq.

[3] Hanc epistolam Evagrii esse, non Basilii monstrat Rob. MELCHER, *Der 8 Brief des hl. Basilius, ein Werk des Evagrius Pontikus,* 1923, p. 73 - 102.

Θεός. Ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἓν ἀριθμῷ τὸν κόσμον εἶναί φαμεν, ἀλλ' οὐχ ἕνα τῇ φύσει. ἀλλ' οὐδ' ἁπλοῦν τινα τοῦτον. Τέμνομεν γὰρ αὐτὸν εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν στοιχεῖα, εἰς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν. Πάλιν ὁ ἄνθρωπος εἷς ἀριθμῷ ὀνομάζεται. Ἕνα γὰρ ἄνθρωπον πολλάκις λέγομεν. Ἀλλ' οὐχ ἁπλοῦς τις οὗτός ἐστιν, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συνεστώς. Ὁμοίως δὲ καὶ ἄγγελον ἕνα ἀριθμῷ ἐροῦμεν, ἀλλ' οὐχ ἕνα τῇ φύσει, οὐδὲ ἁπλοῦν· οὐσίαν γὰρ μεθ' ἁγιασμοῦ τὴν τοῦ ἀγγέλου ὑπόστασιν ἐννοοῦμεν. Εἰ τοίνυν πᾶν τὸ ἓν ἀριθμῷ ἓν τῇ φύσει οὐκ ἔστι, καὶ τὸ ἓν τῇ φύσει καὶ ἁπλοῦν ἓν ἀριθμῷ οὐκ ἔστιν [1], ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἕνα τῇ φύσει Θεόν, πῶς ἐπεισάγουσιν ἡμῖν τὸν ἀριθμόν, αὐτὸν πάντῃ ἡμῶν ἐξοριζόντων τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ νοητῆς φύσεως; Ὁ γὰρ ἀριθμός ἐστι τοῦ ποσοῦ. Τὸ δὲ ποσὸν τῇ σωματικῇ φύσει συνέζευκται· ὁ γὰρ ἀριθμὸς τῆς σωματικῆς φύσεως [2]. Σωμάτων δὲ δημιουργὸν τὸν Κύριον ἡμῶν εἶναι πεπιστεύκαμεν. Διὸ καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἐκεῖνα σημαίνει τὰ

---

dicimus, non tamen unum natura neque simplicem. Dividimus enim ipsum in elementa ex quibus constat, in ignem et aquam, et aerem, et terram. Rursus homo unus numero vocatur. Unum enim hominem saepe dicimus, sed non est simplex, cum ex corpore et anima constet. Similiter et angelum unum numero dicemus, sed non unum natura neque simplicem: siquidem essentiam cum sanctimonia hypostasim angeli intelligimus. Itaque si quidquid est unum numero, unum natura non est, et quod natura unum ac simplex est, unum numero non est [1], nos autem Deum natura unum dicimus, quomodo numerum nobis affingunt, quem prorsus a beata illa ac spirituali natura amovemus?

Numerus enim pertinet ad quantitatem; quantitas vero corporali naturae coniuncta est; numerus ergo corporeae est naturae [2]. At Dominum nostrum corporum opificem esse credimus. Quapropter et

---

[1] Cf. *ibid.* n. 10; col 264 A.

[2] Sic ARISTOTELES, *Metaph* XII, 10, 1074 a 33: ὅσα ἀριθμῷ πολλὰ ὕλην ἔχει, quaecumque numero multa sunt materiam habent; *Metaph.* XIII, 2, 1089 b (Didot II, p. 632, l. 6): ὁ γὰρ ἀριθμὸς πᾶς ποσόν τι σημαίνει, cf. Plotinum, *Enn.* II, VI, 3; *Unité numérique et unité de nature chez les Pères après le concile de Nicée,* in *Gregorianum* XV (1934) p. 242 - 254.

ἔνυλον καὶ περιγραπτὴν ἔχειν λαχόντα τὴν φύσιν· ἡ δὲ μονὰς καὶ ἑνὰς[4] τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπεριλήπτου οὐσίας ἐστὶ σημαντική. Ὁ τοίνυν ἀριθμὸν ἢ κτίσμα ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λανθάνει ἔνυλον καὶ περιγραπτὴν φύσιν εἰσάγων. (Inter opera S. Basilii, *Epist.* VIII, n. 2; M.G. t. XXXII, col. 248C et seq.).

SYNESIUS

10. Παγὰ παγῶν,
Ἀρχῶν ἀρχά,
Ῥιζῶν ῥίζα·
Μονὰς εἶ μονάδων,
Ἀριθμῶν ἀριθμός,
Μονὰς ἠδ' ἀριθμός,
Νοῦς καὶ νοερός,
Καὶ τὸ νοητόν,
Καὶ πρὸ νοητοῦ.
Ἓν καὶ πάντα,
Ἓν δὲ ἁπάντων,
Ἓν τε πρὸ πάντων.
Σπέρμα τὸ πάντων,
Ῥίζα καὶ ὄρπαξ,
Φύσις ἐν νοεροῖς,
Θῆλυ καὶ ἄρρεν.
Μύστας δὲ νόος
Τά τε καὶ τὰ λέγει,
Βυθὸν ἄρρητον
Ἀμφιχορεύων.

---

numerus omnis ea designat, quae materialem ac circumscriptam naturam sortita sunt: monas vero et unitas[4] simplicis ac incomprehensibilis essentiae insigne. Quisquis igitur numerum aut creaturam confitetur Filium Dei aut Spiritum sanctum, imprudens materialem ac circumscriptam naturam inducit.

10. Fons fontium
Principiorum principium,
Radicum radix,
Unitas es unitatum,
Numerorum numerus,
Unitas et numerus,
Intellectus et intelligens
Et intelligibile,
Et ante intelligibile.
Unum et omnia
Unum autem omnium
Et unum ante omnia.
Semen omnium
Radix et vertex
Natura intelligens
Femina et mas.
Mystica autem mens
Haec atque illa dicit,
Profunditatem ineffabilem
Circa ducens choreas.

---

[4] Cf. *ibid.* n. 7, col. 256 C et 257 C.

Σὺ τὸ τίκτον ἔφυς,
Σὺ τὸ τικτόμενον,
Σὺ τὸ φωτίζον,
Σὺ τὸ λαμπόμενον.
Σὺ τὸ φαινόμενον,
Σὺ τὸ κρυπτόμενον
Ἰδίαις αὐγαῖς.
Ἓν καὶ πάντα,
Ἓν καθ᾽ ἑαυτὸ,
Καὶ διὰ πάντων.
Σὺ γὰρ ἐξεχύθης,
Ἀρρητοτόκε,
Ἵνα Παῖδα τέκῃς,
Κλεινὰν σοφίαν,
Δημιοεργόν.
Προχυθεὶς δὲ μένεις
Ατόμοισι τόμαις
Μαιευόμενος.
Ὑμνῶ σε, μονάς,
Ὑμνῶ σε, τριάς,
Μονὰς εἶ, τριὰς ὤν,
Τριὰς εἶ, μονὰς ὤν·
Νοερὰ δὲ τομὰ
Ἄσχιστον ἔτι
Τὸ μερισθὲν ἔχει.

(*Hymn.* III, v. 171-215; MG., t. LXVI, col. 1596)

Nulla datur limitatio sine receptione contrarii

S. GREGORIUS NYSSENUS

11. Καὶ τοῦτο πάντι γνώριμον, μὴ ὅτι τοῖς ἐπὶ σοφίᾳ πλεονεκτεῖν ὑπειλημμένοις, ὅτι ἀνενδεὴς πρὸς τελείαν ἀγαθότητά

Tu es quod parit
Tu es quod paritur
Tu, qui illustras,
Tu, qui illustraris:
Tu, qui appares,
Tu, qui occultaris
Propriis fulgoribus.
Unum et omnia
Unum in teipso
Et per omnia.
Tu enim effusus es,
Ineffabili modo nate,
Ut Filium pareres,
Inclytam Sapientiam,
Rerum omnium opificem.
Profusus autem manes
Sectionibus quae non dividunt
Obstetricatus.
Cano te, Unitas:
Cano te, Trinitas.
Unitas es, Trinitas cum sis:
Trinitas es, Unitas cum sis.
Quae autem intellectu percipitur sectio
Indivisum adhuc
Quod divisum est, tenet.

11. Hoc omnibus manifestum est, exceptis iis qui sapientiae principatum sibi arrogant, Unigeniti Filii et Spiritus sancti substantiae nihil

τε καὶ δύναμιν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἥ τε τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστιν ὑπόστασις. Τὰ γὰρ ἀγαθὰ πάντα, ἕως ἂν ἀπαράδεκτα τοῦ ἐναντιουμένου ὅρον οὐκ ἔχει τῆς ἀγαθότητος [1]. Ἐπειδὴ μόνοις τοῖς ἐναντίοις πέφυκε περιγράφεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὑποδειγμάτων ἔστιν ἰδεῖν. Ἡ δύναμις ἀσθενείας παραλαβούσης ἵσταται· ἡ ζωὴ θανάτῳ περιορίζεται· φωτὸς πέρας τὸ σκότος ἐστί· καὶ πάντα, συνελόντι φάναι, τὰ καθ' ἕκαστον ἀγαθὰ τοῖς ἐναντίοις ἐναπολήγει. Εἰ μὲν οὖν τρεπτὴν πρὸς τὸ χεῖρον τὴν φύσιν τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦ Πνεύματος ὑποτίθεται, εἰκότως ἐπ' αὐτῶν κατασμικρύνει τὴν τῆς ἀγαθότητος ἔννοιαν· ὡς δυναμένων καὶ τοῖς ἐναντίοις συνενεχθῆναι. Εἰ δὲ ἀνεπίδεκτός ἐστι τοῦ χείρονος ἡ θεία τε καὶ ἀναλλοίωτος φύσις, καὶ τοῦτο παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν ὡμολόγηται, ἀόριστος πάντως ἐν τῷ ἀγαθῷ θεωρεῖται. Τὸ δὲ ἀόριστον ἀπείρῳ ταυτόν ἐστιν. Ἀπείρου δὲ καὶ ἀορίστου πλεονασμὸν καὶ ἐλάττωσιν ἐννοεῖν τῆς ἐσχάτης ἀλογίας ἐστί. Πῶς γὰρ ἂν ὁ τῆς ἀπειρίας διασωθείη λόγος, εἰ τὸ πλέον τε καὶ ἔλαττον ἐν αὐτῷ δογματίζοιτο; [2] (*Contra Eunomium* lib. I; M.G. t. XLV, col. 301 C - 304 A).

---

omnino deesse ad perfectam bonitatem et potentiam et id genus omnia. Omnia enim bona, quamdiu contrarium non receperunt, limitem non habent bonitatis [1]. Quandoquidem solis contrariis solent circumscribi, prout in singulis rebus videre licet. Valetudo enim debilitate veniente finitur, vita morte circumscribitur, lucis tenebrae sunt terminus; brevi quaelibet bona ingruente contrario desinunt. Si ergo arbitratur (Eunomius) Unigeniti et Spiritus sancti naturam mutabilem esse in deterius, merito sane de eorum bonitate imminuit opinionem. Si autem deterius accipere nequit divina et invariabilis natura, ut ipsi quoque fatentur hostes, omnino interminata in bonitate apparet. Interminatum vero et infinitum idem sunt. At infinito et interminato abundantiam et imminutionem concipere, summae est insipientiae. Quomodo enim salvabitur infinitatis ratio, si in ea plus et minus fingetur? [2].

---

[1] Cf. Platon. *Parmenid.* 139b, 140b, 143b, 158bd.

[2] Cf. *Orat. catech.*, cap. I; MG. t. XLV, col 12B seq., 16A; *In Cantic. Homil.* V; t. XLIV, col. 873D-876A...

De speculationibus platonicis circa SS. Trinitatem

S. GREGORIUS NYSSENUS

12. Φαμὲν ...κατάχρησίν τινα συνηθείας εἶναι τὸ τοὺς μὴ διῃρημένους τῇ φύσει κατ' αὐτὸ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα πληθυντικῶς ὀνομάζειν καὶ λέγειν ὅτι Πολλοὶ ἄνθρωποι, ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τὸ λέγειν ὅτι πολλαὶ φύσεις ἀνθρώπιναι. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἂν ἡμῖν ἐντεῦθεν γένοιτο. Προσκαλούμενοι γάρ τινα, οὐκ ἐκ τῆς φύσεως αὐτὸν ὀνομάζομεν, ὡς ἂν μή τινα πλάνην ἡ κοινότης τοῦ ὀνόματος ἐμποιήσειεν, ἑκάστου τῶν ἀκουόντων ἑαυτὸν εἶναι τὸν προσκληθέντα νομίζοντος, ὅτι μὴ τῇ ἰδιαζούσῃ προσηγορίᾳ, ἀλλ' ἐκ τοῦ κοινοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος ἡ κλῆσις γίνεται, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἐπικειμένην αὐτῷ (τὴν σημαντικὴν λέγω τοῦ ὑποκειμένου) φωνὴν εἰπόντες, οὕτως αὐτὸν τῶν πολλῶν ἀποκρίνομεν. Ὥστε πολλοὺς μὲν εἶναι τοὺς μετεσχηκότας τῆς φύσεως, φέρε εἰπεῖν μαθητὰς ἢ ἀποστόλους ἢ μάρτυρας· ἕνα δὲ ἐν πᾶσι τὸν ἄνθρωπον. Ἐπείπερ, καθὼς εἴρηται, οὐχὶ τοῦ καθ' ἕκαστον, ἀλλὰ τοῦ κοίνου τῆς φύσεώς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. Ἄνθρωπος γὰρ ὁ Λουκᾶς ἢ ὁ Στέφανος· οὐ μὴν εἴ τις ἄνθρωπος, πάντως καὶ Λουκᾶς ἐστιν ἢ Στέφανος. Ἀλλ' ὁ μὲν τῶν

12. Dicimus... abusum quemdam esse consuetudinis quod eos qui natura non sunt divisi, per ipsum naturae nomen pluraliter nominamus et dicimus : Multi homines ; cui simile est, si quis dicat : multae naturae humanae. Quod autem haec ita se habent, hinc nobis manifestari potest. Cum enim aliquem appellamus, non ex natura eum nominamus, ne forte errorem communio nominis inducat, unoquoque eorum qui audiunt seipsum appellatum esse existimante, quod non propria appellatione sed ex communi nomine naturae fit vocatio, sed propriam ei impositam vocem (illam dico quae subiectum significat) proferentes, ita eum a multitudine separamus. Sic multi quidem eandem sortiti sunt naturam, verbi gratia, discipuli, apostoli, martyres, unus vero in omnibus est homo. Quoniam, ut dictum est, non individui sed communitatis naturae est homo. Homo enim est vel Lucas, vel Stephanus ; non tamen, si quis est homo, prorsus et Lucas vel Stephanus est. Sed hypostasium quidem ratio per eas quae in unoquoque considerantur pro-

ὑποστάσεων λόγος διὰ τὰς ἐνθεωρουμένας ἰδιότητας ἑκάστῳ τὸν διαμερισμὸν ἐπιδέχεται καὶ κατὰ σύνθεσιν ἐν ἀριθμῷ θεωρεῖται. Ἡ δὲ φύσις μία ἐστίν, αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἡνωμένη καὶ ἀδιάτμητος ἀκριβῶς μονάς, οὐκ αὐξανομένη διὰ προσθήκης, οὐ μειουμένη δι' ὑφαιρέσεως, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἓν οὖσα, κἂν ἐν πλήθει φαίνηται ἄσχιστος καὶ συνεχὴς καὶ ὁλόκληρος καὶ τοῖς μετέχουσιν αὐτῆς τοῖς καθ' ἕκαστον οὐ συνδιαιρουμένη. (*Quod non sint tres dii. Ad Ablabium ;* MG. t. XLV, col. 117D - 120B).

13. Ἔστι δὲ καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ Βαρνάβας κατὰ τὸ ἄνθρωπος εἷς ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο, κατὰ τὸ ἄνθρωπος, πολλοὶ οὐ δύνανται εἶναι. Λέγονται δὲ πολλοὶ ἄνθρωποι καταχρηστικῶς καὶ οὐ κυρίως· τὸ δὲ καταχρηστικῶς λεγόμενον οὐκ ἂν τοῖς εὖ φρονοῦσι τοῦ κυρίως προτιμηθείη. Διὸ οὐ λεκτέον ἐπὶ τῶν τριῶν προσώπων τῆς θείας οὐσίας τρεῖς Θεοὺς εἶναι, κατὰ τὸ Θεός· εἷς δὲ Θεὸς καὶ ὁ αὐτὸς διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας ἧς ἐστι Θεὸς σημαντικόν, καθὼς εἴπομεν. (*De communibus notionibus; ibid.* col. 180 D).[1]

---

prietates distributionem admittit, et iuxta compositionem in numero consideratur. Natura vero una est, ipsa secum unita, ac prorsus indivisibilis est monas, quae neque adiectione augetur neque subtractione minuitur, sed quod est unum permanens, etiamsi in multitudine esse videtur, sine scissione, continua, integra nec cum individuis quae illam participant dividitur.

13. Est Petrus et Paulus et Barnabas secundum hominem unus homo; et secundum hoc ipsum, quatenus homo, multi esse non possunt. Dicuntur autem multi homines abusive, et non proprie; quod autem per abusum dicitur ab iis qui recte sapiunt non praeponitur ei quod proprie. Propterea non dicendum est in tribus personis divinae essentiae tres deos esse, in quantum Deus consideratur: unus vero et idem Deus propter identitatem substantiae, cuius τὸ Deus est significativum, sicut diximus.[1]

---

[1] In iis quae praecedunt S. Gregorius Nyssenus varias rationes exponit cur sermo fieri possit de pluribus hominibus, non autem de

CLEMENS ALEXANDRINUS

14. Ὁ μὲν οὖν θεὸς ἀναπόδεικτος ὢν οὐκ ἔστιν ἐπιστημονικός, ὁ δὲ υἱὸς σοφία τέ ἐστι καὶ ἐπιστήμη καὶ ἀλήθεια καὶ ὅσα ἄλλα τούτῳ συγγενῆ, καὶ δὴ καὶ ἀπόδειξιν ἔχει καὶ διέξοδον. Πᾶσαι δὲ αἱ δυνάμεις τοῦ πνεύματος συλλήβδην μὲν ἕν τι πρᾶγμα γενόμεναι συντελοῦσιν εἰς τὸ αὐτό, τὸν υἱόν, ἀπαρέμφατος δέ ἐστι τῆς περὶ ἑκάστης αὐτοῦ τῶν δυνάμεων ἐννοίας. Καὶ δὴ οὐ γίνεται ἀτεχνῶς ἓν ὡς ἕν, οὐδὲ πολλὰ ὡς μέρη ὁ υἱός, ἀλλ' ὡς πάντα ἕν [1]. Ἔνθεν καὶ πάντα· κύκλος γὰρ (ὁ) αὐτὸς πασῶν τῶν δυνάμεων εἰς ἓν εἰλουμένων καὶ ἑνουμένων. Διὰ τοῦτο « ἄλφα καὶ ὦ » ὁ λόγος εἴρηται, οὗ μόνον τὸ τέλος ἀρχὴ γίνεται καὶ τελευτᾷ πάλιν ἐπὶ τὴν ἄνωθεν ἀρχήν, οὐδαμοῦ διάστασιν λαβών. Διὸ δὴ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν καὶ τὸ δι' αὐτοῦ

---

14. Deus quidem, cum demonstrari nequeat, non potest esse scientiae obiectum; Filius autem est sapientia et scientia et veritas et quaecumque sunt similia, etiam demonstrationem habet et expositionem. Omnes autem Spiritus potentiae, cum simul una res factae fuerint, ad idem conferunt, nempe ad Filium; nec potest significari uniuscuiusque eius potestatum notione. Et non fit vere unum ut unum neque multa ut partes Filius, sed ut omnia unum [1]. Unde et omnia: est enim idem omnium potentiarum circulus, quae in unum circumvolvuntur et uniuntur. Ideo Logos « alpha et omega » dictus est. Cuius solius finis fit principium et rursus desinit in id quod est antea principium, nusquam

---

pluribus diis: talis ratio non est « idem qua tale (τὸ αὐτὸν καθ'αὑτόν) esse non posse unum et multa (ἓν καὶ πολλά) » (*ibid.* col. 180 D). De Ideis platonicis et earum unitate in pluribus, videas *Cratyl.* 386 e, *Parmenid.* 129 a-135 c, *Sophist.* 253 d ; cf. *Menon.* 98 a, *Phileb.* 59 c, *Phedon.* 102 b. Apud Plotinum, Intellectus seu secunda hypostasis divina est simul unum et multa ἓν πολλά, *Enn.* VI, VII, 14 et 17 ; VI, V, 6 ; V, III. 15 ; V, I, 7...

[1] Cf. Origen. *Comment. in Ioann.* lib. V, cap. V; Preusschen, p. 102, l. 20 sq. De doctrina trinitaria Clementis, vide Dict. de théol. cath. t. III, p. 158 sq.

πιστεῦσαι μοναδικόν ἐστι γενέσθαι, ἀπερισπάστως ἑνούμενον ἐν αὐτῷ, τὸ δὲ ἀπιστῆσαι διστάσαι ἐστὶ καὶ διαστῆναι καὶ μερισθῆναι. (*Stromata* lib. IV, c. XXV; Stählin t. II. p. 317, l. 21 et seq.; MG. t. VIII, col. 1364 B et seq.).

De triade plotiniana

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS

15. Καὶ μὴν καὶ Πλωτῖνος φιλοζητητὴς ὢν ἄγαν καὶ διὰ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰσχνομυθίας ἐληλακώς, οὕτω πού φησι περὶ τ᾿ Ἀγαθοῦ[1]· «Τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελεωτάτου λέγειν; Μηδὲν ἀπ᾿ αὐτοῦ, ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτόν. Μέγιστον δὲ μετ᾿ αὐτὸν Νοῦς καὶ δεύτερον. Καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ Νοῦς ἐκεῖνον καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου οὐδέν. Καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος Νοῦ, Νοῦν εἶναι. Καὶ κρείττων ἁπάντων

---

distantiam accipiens. Propterea in ipsum et per ipsum credere est fieri unum, inseparabiliter unitum in eo; non credere autem est disiungi et separari et dividi.

15. [S. Cyrillus intendit probare, modo apologetico, eos qui inter Graecos sunt praestantissimi, quod ad Trinitatem pertinet, « non omnino a sententiis nostris aberrasse » *Contra Iulianum*, lib. VIII; MG. t. LXXVI, col. 916 B; cf. col. 907 B ad finem libri].

Et Plotinus studiosissimus rerum indagator, et, ut ita dicam, subtilitatis vim omnem consecutus, sic alicubi[1] scribit de Bono: « Quid igitur necesse est nos de Perfectissimo dicere? Nihil ab ipso esse, nisi quae maxima sunt post ipsum. Maxima vero post eum res ac secunda Mens est. Etenim intuetur Mens illum, eoque solo indiget; ille vero hac nequaquam. Et quod ab eo quod Mente melius est generatur, Mens

---

[1] *Enn.* V, lib. I, c. 6; Volkmann, t. II. p. 168, lin. 32 ad pag. 169, lin. 12. Non eiusdem perfectionis esse primum principium, et illa quae ab eo procedunt Plotinus saepe asserit: *Enn.* II, lib. VIII, c. 9; III, IX, 3; V, III, 11; VI, IX, 6... Quae iuvabit comparare cum doctrina Eunomii, prout eam coniicere licet ex citationibus S. Gregorii Nysseni, *Contra Eunomium*, lib. I, M.G. t. XLV, col. 297, 377 AC.

Νοῦς, ὅτι τὰ ἄλλα μετ' αὐτόν· οἷον καὶ Ψυχή, λόγος Νοῦ καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου· ἀλλὰ Ψυχῆς μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος, ὡς εἴδωλον Νοῦ, ταύτῃ καὶ εἰς Νοῦν βλέπειν δεῖ. Νοῦς δὲ ὡσαύτως πρὸς ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ Νοῦς. Ὁρᾷ δὲ αὐτὸν οὐ χωρισθείς, ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτὸν καὶ μεταξὺ οὐδέν, ὡς οὐδὲ Ψυχῆς καὶ Νοῦ ». Νοῦν μὲν γὰρ εἶναί φησι τὸν καθ' ἡμᾶς Θεὸν Λόγον, ἐπεί τοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ σοφίαν ὀνομάζομεν, πλὴν οὐκ ἐν μείοσιν ἢ δευτέροις κατά τι γοῦν ὅλως τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπεροχῆς καὶ δόξης. Οὔτε μὴν ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ αὐτοτελές φαμεν αὐτὸν τελειοῦσθαι ἐνορῶντα τῷ Πατρί, καθὰ δὴ τούτοις δοκεῖ, δεῖσθαι μὲν αἰτίου τοῦ πρώτου τὸν Νοῦν καὶ θεωρεῖν αὐτόν, ἵνα τὸ ἀρτίως ἔχειν ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὸν εὖ μάλα καταπλουτῇ [1]· ἀναλόγως δὲ, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πρώτου τρίτην λεγομένην Ψυχὴν τῆς τοῦ Νοῦ δεῖσθαι θεωρίας καὶ μετοχῆς, ὃ καὶ δεύτερον αἴτιον ὀνομάζουσιν, ἵν' ὠφελῆται καὶ αὐτή. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὧδέ τε δοξάζοντες, καὶ εἰς ἀνομοιότητα φύσεων κατασύροντες τὰ παρά γε σφίσιν τεθαυμασμένα, ψυχραῖς καὶ μει-

est. Et omnium optima Mens est, quia post ipsam sunt caetera. Quemadmodum et Anima verbum Mentis et actus quidam est, sicut Mens est Illius. Verum Animae quidem suboscurum est verbum, quatenus est imago Mentis, idcirco ei in Mentem aspiciendum est. Similiter in Illum Mens ut sit Mens. Intuetur autem Ipsum non separata, sed quoniam est post Ipsum, nullo interiecto, ut neque inter Animam et Mentem ». Mentem igitur dicit esse Eum quem profitemur Deum Verbum, cum et nos ipsum Sapientiam dicamus, verumtamen Patris maiestate et gloria nullo modo inferiorem aut secundum. Neque dicimus illum in Patrem intuendo perfici, quasi non habeat ex se perfectionem; quemadmodum hi sane existimant Mentem indigere Causa prima, eamque contemplari, ut perfectissimo statu ditetur [1]: simili vero modo Animam, quae tertia a Primo dicitur, contemplatione et participatione Mentis indigere, quam et secundam causam nominant, ut ipsa quoque iuvetur. Sed illi quidem, cum talia sentiant et in naturarum diversitatem trahant illa quae admi-

[1] Quomodo Mens seu Intellectus a primo procedens perficiatur per contemplationem, videri potest apud Plotinum, *Enn.* V, III, 11; VI VII, 37.

ῥακιώδεσιν ἐπαυχοῦσιν ἐννοίαις. Ἡμεῖς δὲ παντέλειον εἶναί φαμεν τὸν Πατέρα· ὁμοίως δὲ τὸν Υἱόν, ὡς ἐκ τελείου τέλειον καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Δεῖται γὰρ ὅλως οὐδενὸς τῶν εἰσκρινομένων ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος φύσις, καταπλουτεῖ δὲ τὸ τέλειον, καὶ τοῦτο αὐτοφυῶς, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αὐτῇ καὶ μόνῃ πρεπόντων ἀξιωμάτων.

Πλὴν καὶ αὐτοῖς ἐνοῦσαν εὑρήσομεν τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν γνῶσιν[1]. Προσεχέστατα γάρ, καὶ μεσολαβοῦντος οὐδενός, ἀλλήλοις συνεῖναί φασιν αὐτά, καὶ ἣν ἂν ἔχοι τάξιν πρός γε τὸ πρῶτον ὁ Νοῦς, ταύτῃ ὁμοίως καὶ τὴν τρίτην Ψυχὴν ἐσχηκέναι φασὶν πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου δεύτερον Νοῦν. Ὅτι δὲ καὶ γεννήματος καὶ μὴν καὶ τεκόντος εἰσδέχονται φαντασίας, εἰσόμεθα πάλιν ὡδὶ γεγραφότος αὐτοῦ· « Ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα ὅταν ἓν ὦσι[2] τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεννώμενον. Ὅταν δὲ καὶ τὸ ἀόριστον ᾖ, τὸ γεννῆσαν ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ, ὡς τῇ

rantur, frigidis et puerilibus sententiis gloriantur. Nos vero perfectissimum esse dicimus Patrem; similiter et Filium, tanquam ex perfecto perfectum; atque adeo Spiritum Sanctum. Plane enim nulla re adventitia divina et ineffabilis natura indiget, sed perfectione abundat, idque sua natura, ad omnes quae sibi ac soli congruunt dignitates.

Porro comperiemus apud Graecorum sapientes esse quoque sanctae Triadis notitiam[1]. Proxime enim et nullo interiecto ipsa simul esse dicunt et quem ordinem habeat Mens ad Primum, hunc similiter et tertiam Animam habere dicunt ad Mentem, secundam a Primo. Quod autem ea instar geniti et gignentis considerent, accipiemus rursus ab illo, qui sic scripsit: « Porro genitum omne appetit genitorem, eumque diligit, et maxime cum unum sint[2] id quod generat et id quod generatur. Quodsi ipsum infinitum est, id quod genuit ita cum eo simul necessario

[1] De tribus divinis hypostasibus apud Plotinum, cf. etiam *Enn.* V, lib. I, cap. 7, 8, 10; VI, VII, 42; I, VIII, 2... In genere, de triade seu trinitate platonica legere potes Dict. théol. cath., art. *Platonisme des Pères,* tom. XII. col 2322 sq. De vita autem intima primi principii, *Enn.* VI, lib. VIII, cap. 14-17.

[2] In ipso textu Plotini legitur: ὅταν μόνοι ὦσιν, non: ὅταν ἓν ὦσιν, et inferius: τὸ ἄριστον, non: τὸ ἀόριστον.

ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι». Ἀκούεις ὅπως τὸ γεννηθὲν δεῖν ἔφη συνεῖναι πάντη τε καὶ πάντως τῷ γεγεννηκότι, διά τοι τάχα που τὸ ἀδιόριστον, ἤγουν προσεχὲς φυσικῶς καὶ τὸ διὰ μέσου κεῖσθαι μηδέν, κεχωρίσθαι δὲ μόνῃ τῇ ἑτερότητι [1] καὶ οὔτι που τάχα τῇ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ὅτι τὸ γεννῆσαν πρὸς τὸ γεννώμενον μίαν πως ἔχει διαφορὰν τὴν τοῦ ὅτι τὸ μὲν γεγέννηκε, τὸ δὲ γεγέννηται. (*Contra Iulianum,* lib. VIII; MG. t. LXXVI, 918D-920D).

De Filio et generatione eius per contemplationem secundum Origenem

16. Καὶ τὸ πολλοὺς φιλοθέους εἶναι εὐχομένους ταράσσον, εὐλαβουμένους δύο ἀναγορεῦσαι θεοὺς καὶ παρὰ τοῦτο περιπίπτοντας ψευδέσι καὶ ἀσεβέσι δόγμασι, ἤτοι ἀρνουμένους ἰδιότητα υἱοῦ ἑτέραν παρὰ τὴν τοῦ πατρός, ὁμολογοῦντας θεὸν εἶναι τὸν μέχρι ὀνόματος παρ' αὐτοῖς υἱὸν προσαγορευόμενον,

---

est, ut alteritate tantum ab illo secernatur . Audis quo pacto genitum omnino cum genitore simul esse debere dicit sane propter illimitationem et naturalem proximitatem et quia nihil interiectum est sed sola alteritate seiunguntur [1]: non autem illa quae est secundum naturam, sed quia genitor ab eo quod gignitur hoc tantummodo differt, quod ille quidem genuit, hoc vero genitum est.

16. Hinc solvi potest illud quod perturbat multos profitentes se Deum amare ac verentes duos praedicare Deos, et propter hoc in falsa et impia dogmata incidentes; vel negantes proprietatem Filii aliam a Patris proprietate, dum confitentur Deum esse illum qui nomine tantum apud ipsos Filius appellatur; vel negantes Filii divinita-

---

[1] De sensu huius expressionis cf. VI, IX, 8; VI, IV, 4, 11; Plotinus asserit immaterialia non loco distingui seu distantia vel intervallo, sed essentiae sola diversitate: ἑτερότητι, οὐ τόπῳ. Huiusmodi alteritate in suo gradu varia entia varie constituuntur. Videre potes: *La séparation par simple altérité dans la « trinité » plotinienne* in *Gregorianum* t. XI (1930) pag. 190 sq.

ἢ ἀρνουμένους τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ τιθέντας δὲ αὐτοῦ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν οὐσίαν κατὰ περιγραφὴν τυγχάνουσαν ἑτέραν τοῦ πατρός, ἐντεῦθεν λύεσθαι δύναται. Λεκτέον γὰρ αὐτοῖς, ὅτι τότε μὲν αὐτόθεος ὁ θεός ἐστι, διόπερ καὶ ὁ σωτὴρ φησιν ἐν τῇ πρὸς τὸν πατέρα εὐχῇ· « Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν »· πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὸ αὐτόθεος μετοχῇ τῆς ἐκείνου θεότητος θεοποιούμενον οὐχ ὁ θεὸς ἀλλὰ θεὸς κυριώτερον ἂν λέγοιτο, οὗ πάντως ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἅτε πρῶτος τῷ πρὸς τὸν θεὸν εἶναι σπάσας τῆς θεότητος εἰς ἑαυτόν, ἐστὶ τιμιώτερος, τοῖς λοιποῖς παρ' αὐτὸν θεοῖς (ὧν ὁ θεὸς θεός ἐστι κατὰ τὸ λεγόμενον· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν) διακονήσας τὸ γενέσθαι θεοῖς, ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀρυσά⟨μενος⟩ εἰς τὸ θεοποιηθῆναι αὐτούς, ἀφθόνως κἀκείνοις κατὰ τὴν αὐτοῦ χρηστότητα μεταδιδούς. Ἀληθινὸς οὖν θεὸς ὁ θεός, οἱ δὲ κατ' ἐκεῖνον μορφούμενοι θεοὶ ὡς εἰκόνες πρωτοτύπου· ἀλλὰ πάλιν τῶν πλειόνων εἰκόνων ἡ ἀρχέτυπος εἰκὼν ὁ πρὸς τὸν θεόν ἐστι λόγος, ὃς ἐν ἀρχῇ ἦν, τῷ εἶναι πρὸς τὸν θεὸν ἀεὶ μένων θεός, οὐκ ἂν δ' αὐτὸ ἐσχηκὼς εἰ μὴ πρὸς

---

tem, dum ponunt ipsius proprietatem et essentiam per circumscriptionem exsistere aliam a Patre. Dicendum enim est illis quod « per se Deus » quidem est « ille Deus » (cum articulo), propter quod et Salvator in oratione ad Patrem dicit : « Ut agnoscant te, illum solum verum Deum » (Ioan. XVII, 3) ; quidquid vero est praeter hunc qui « per se Deus » dicitur, participatione et communione divinitatis illius deificatum, non « ille Deus » (cum articulo), sed « Deus » (sine articulo) magis proprie appellatur ; quo nomine omnino primogenitus omnis creaturae, quippe qui primus, cum sit apud Deum, trahit divinitatem ad seipsum, dignior est quam reliqui dii, qui sunt praeter ipsum, (quorum « ille Deus » Deus est, iuxta illud quod dicitur : « Ille Deus deorum Dominus locutus est et vocavit terram » psalm. XLIX, 1), dans ipsis esse diis, ab « illo Deo » hauriens abundanter unde ipsos efficiat deos et unde illis iuxta suam ipsius bonitatem suppeditet. Verus igitur Deus est « ille Deus » ; qui autem dii iuxta illum efformantur, velut imagines quaedam sunt primi exemplaris. Sed rursus multarum imaginum archetypa imago est ille Logos, qui est apud Deum, qui in principio, ex eo quod erat apud Deum, semper erat manens Deus, qui vero hoc

θεὸν ἦν, καὶ οὐκ ἂν μείνας θεός, εἰ μὴ παρέμενε τῇ ἀδιαλείπτῳ θέᾳ τοῦ πατρικοῦ βάθους [1]. (*Comment. in Ioann.* I. II, n.II; Preuschen, p. 54, l. 23 seq.; MG. t. XIV, col. 108 C - 109 A).

De prima creatura intellectuali et informatione eius per conversionem, iuxta S. Augustinum

17. Si ergo utroque modo [2] illa Scriptura scrutanda est, quaeramus quomodo dictum est praeter allegoricam significationem: In principio fecit Deus caelum et terram, utrum in principio temporis, an quia primo omnium facta sint, an in principio, quod est Verbum Dei unigenitus Filius. Et quomodo possit ostendi Deum sine ulla sui commutatione operari mutabilia et temporalia. Et quid significetur nomine caeli et terrae; utrum spiritualis corporalisque creatura caeli et terrae vocabulum acceperit, an tantummodo corporalis: ut in hoc libro de spirituali tacuisse intelligatur, atque ita dixisse caelum et terram, ut omnem creaturam corpoream superiorem atque inferiorem significare voluerit. An utriusque informis materia dicta est caelum et terra: spiritualis videlicet vita, sicuti esse potest in se, non conversa ad Creatorem: tali enim conversione formatur atque perficitur; si autem non convertatur, informis est; corporalis autem si possit intelligi per privationem omnis corporeae qualitatis, quae apparet in materia, cum iam sunt species cor-

non habuisset, si apud Deum non fuisset, nec mansisset Deus, nisi permansisset indeficienter in contemplatione paternae profunditatis » [1].

---

[1] Cf. Plotinum, *Enn.* V, I, 6; Volkmann t. II, p. 169, l. 10; V. III, 11, p. 193, l. 6 sq.; VI. VII, 37; p. 471, l. 11-12; Macrobium, qui de doctrina « theologorum » platonicorum haec habet: « Mens, quae νοῦς vocatur, qua Patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris » *Comment. in Somn. Scipionis* lib. I, c. XIV, n. 6; Eyssenhardt, p. 539. *Le thème néoplatonicien de la contemplation créatrice chez Origène et chez S. Augustin*, in *Gregorianum* XIII (1932) p. 124-136.

[2] Et secundum figuratum intellectum et secundum fidem rerum gestarum, *ibid.* n. 1.

porum, sive visu, sive alio quolibet sensu corporis perceptibiles. (*De Genesi ad litteram* I, 1. 2; M.L. t. XXXIV, col. 247; C. S. E. L., t. XXVIII, sectio III, pars I, p. 1).

18. An cum primum fiebat informitas materiae sive spiritualis sive corporalis, non erat dicendum: *Dixit Deus: Fiat*, quia formam Verbi semper Patri cohaerentis, quo sempiterne dicit Deus omnia, neque sono vocis neque cogitatione tempora sonorum volvente, sed coaeterna sibi luce a se genitae Sapientiae, non imitatur imperfectio, cum dissimilis ab eo quod summe ac primitus est, informitate quadam tendit ad nihilum; sed tunc imitatur Verbi formam, semper atque incommutabiliter Patri cohaerentem, cum et ipsa pro sui generis conversione ad id quod vere ac semper est, id est ad Creatorem suae substantiae, formam capit, et fit perfecta creatura [1]: ut in eo quod Scriptura narrat: *Dixit Deus: Fiat,* intelligamus Dei dictum incorporeum in natura Verbi eius coaeterni revocantis ad se imperfectionem creaturae, ut non sit informis, sed formetur secundum singula quae per ordinem exsequitur? In qua conversione et formatione, quia pro suo modo imitatur Deum Verbum, hoc est Dei Filium semper Patri cohaerentem, plena similitudine et essentia pari, qua ipse et Pater unum sunt (Ioan. X, 30); non autem imitatur hanc Verbi formam, si aversa a Creatore informis et imperfecta remaneat; propterea Filii commemoratio non ita fit quia Verbum, sed tantum quia principium est, cum dicitur: In principio fecit Deus caelum et terram; exordium quippe creaturae insinuatur adhuc in informitate imperfectionis: fit autem Filii commemoratio, quod etiam Verbum est, eo quod scriptum est: Dixit Deus, Fiat, ut per id quod principium est, insinuet exordium creaturae existentis ab illo adhuc imperfectae; per id autem quod Verbum est, insinuet perfectionem creaturae revocatae ad eum, ut formaretur inhaerendo Creatori et pro suo genere imitando formam sempiterne atque incommutabiliter inhaerentem

[1] Scotus Eriugena de Ideis seu formis vel rationibus dicit: Conversae formantur et formationem suam nusquam nunquam deserunt. (*De divisione naturae* II, XIV; ML. t. CXXII, col. 547BC)

Patri, a quo statim hoc est quod ille [1]. (*Ibid.* I, IV, 9; M.L. *ibid.* col 249; C. S. E. L. ibid p. 7. 8)

19. Quid sibi ergo vult in caeteris illa repetitio? An eo modo demonstratur primo die, quo lux facta est, conditionem spiritualis et intellectualis creaturae lucis appellatione intimari; in qua natura intelliguntur omnes Angeli sancti atque Virtutes: et propterea non repetivit factum, posteaquam dixit: *Facta est lux,* quia non primo cognovit rationalis creatura conformationem suam ac deinde formata est; sed in ipsa sua conformatione cognovit, hoc est illustratione veritatis, ad quam conversa formata est: caetera vero quae infra sunt ita creantur ut prius fiant in cognitione rationalis creaturae ac deinde in genere suo? (*Ibid.* II, VIII, 16; M.L. *ibid.* col. 269; C.S.E.L. *ibid.* p. 43).

20. Sicut in illa prima luce, si eo nomine recte intelligitur facta lux intellectualis particeps aeternae atque incommutabilis sapientiae Dei, non dictum est: Et sic est factum, ut deinde repeteretur: Et fecit Deus: quia sicut iam, quantum potuimus, disseruimus [2], non fiebat cognitio aliqua Verbi Dei in prima creatura, ut post eam cognitionem inferius crearetur, quod in eo Verbo creabatur (cognoscebatur?); sed ipsa prima creabatur lux, in qua fieret cognitio Verbi Dei per quod creabatur, atque ipsa cognitio illi esset ab informitate sua converti ad formantem Deum et creari atque formari: postea vero in caeteris creaturis dicitur: *Et sic est factum*, ubi significatur in illa luce, hoc est in intellectuali creatura, prius facta Verbi cognitio; ac deinde cum dicitur: *Et fecit Deus,* ipsius creaturae genus fieri demonstratur, quod in Verbo Dei dictum erat ut fieret; hoc et in

---

[1] Creatura intellectualis informis est nisi perficiatur conversa ad divinum Verbum (*De Gen. ad litt.* I, cap. V et VI, n. 10-12).

« Quis non videat, quanta hic sit dissimilitudo ab illo Dei Verbo, quod in Dei forma sic est, ut non antea fuerit formabile priusquam formatum, nec aliquando esse possit informe, sed sit forma simplex et simpliciter aequalis ei de quo est, et cui mirabiliter coaeterna est». (*De Trinitate,* lib. XV, cap. XV, XVI, n. 25, 26).

[2] Cf. *De gen. ad litt.* II, VIII, 16.

hominis conditione servatur. Dixit enim Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* etc., ac deinde non dicitur: Et sic est factum, sed iam subinfertur: *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei,* quia et ipsa natura scilicet intellectualis est, sicut illa lux, et propterea hoc est ei fieri, quod est agnoscere Verbum Dei per quod fit. (*Ibid.* III, XX, 31; col. 292; C.S.E.L. *ibid.* p. 86, 87).

21. Ideoque Spiritus doctor famuli tui, cum te commemorat fecisse in principio caelum et terram, tacet de temporibus, silet de diebus. Nimirum enim caelum caeli quod in principio fecisti, creatura est aliqua intellectualis; quanquam nequaquam tibi Trinitati coaeterna, particeps tamen aeternitatis tuae, valde mutabilitatem suam prae dulcedine felicissimae contemplationis tuae cohibet, et sine ullo lapsu ex quo facta est inhaerendo tibi, excedit omnem volubilem vicissitudinem temporum. Ista vero informitas, terra invisibilis et incomposita, nec ipsa in diebus numerata est. Ubi enim nulla species, nullus ordo, nec venit quidquam nec praeterit; et ubi hoc non fit, non sunt utique dies, nec vicissitudo spatiorum temporalium. (*Confesssion.* lib. XII, cap. IX, n. 9; M.L. t. XXXII, col. 829; C.S.E.L. t. XXXIII, p. 316).

De creatione Verbi et mundi iuxta Arium

S. ATHANASIUS

22. Οὐ γὰρ κάμνει ὁ Θεὸς προστάττων, οὐδὲ ἀσθενεῖ πρὸς τὴν τῶν πάντων ἐργασίαν, ἵνα τὸν μὲν Υἱὸν μόνος μόνον κτίσῃ, εἰς δὲ τὴν τῶν ἄλλων δημιουργίαν ὑπουργοῦ καὶ βοηθοῦ χρείαν ἔχῃ τοῦ Υἱοῦ... Ἀλλὰ μόνον ἠθέληκε καὶ ὑπέστη τὰ πάντα, καὶ τῷ βουλήματι αὐτοῦ οὐδεὶς ἀνθέστηκε. Τίνος οὖν ἕνεκα οὐ γέγονε τὰ πάντα παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ τῷ προστάγ-

22. Nec enim Deus iubendo defatigatur vel est debilior ad omnia creanda, ut solus solum Filium creet, quo adiutore et ministro indigeat ad res alias producendas... Satis fuit eum velle, statimque omnia exstiterunt et nemo eius restitit voluntati. Quare igitur non a solo Deo omnia eodem iussu facta sunt, quo Filius factus est? Vel, dicant quare

ματι, ᾧ γέγονε καὶ ὁ Υἱός; Ἢ διὰ τί τούτου πάντα γέγονε, καίτοι καὶ αὐτοῦ γεννητοῦ τυγχάνοντος, λεγέτωσαν. Ἀλογία μὲν οὖν πᾶσα παρ᾽ αὐτοῖς· φασὶ δὲ ὅμως περὶ τούτου, ὡς ἄρα « Θέλων ὁ Θεὸς τὴν γενητὴν κτίσαι φύσιν, ἐπειδὴ ἑώρα μὴ δυναμένην αὐτὴν μετασχεῖν τῆς τοῦ Πατρὸς ἀκράτου χειρὸς καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δημιουργίας, ποιεῖ καὶ κτίζει πρώτως μόνος μόνον ἕνα [1], καὶ καλεῖ τοῦτον Υἱὸν καὶ Λόγον, ἵνα, τούτου μέσου γενομένου, οὕτω λοιπὸν καὶ τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ γενέσθαι δυνηθῇ » [2]. Ταῦτα οὐ μόνον εἰρήκασιν, ἀλλὰ καὶ γράψαι τετολμήκασιν Εὐσέβιός τε καὶ Ἄρειος καὶ ὁ θύσας Ἀστέριος. (*Oratio II contra Arianos*, 24 ; MG. t. XXVI, col. 197C-200A).

De variis statibus hominis

S. GREGORIUS NYSSENUS
De homine universali et individuali

23. Οὐκοῦν ἐξεταστέον μετ' ἀκριβείας τὰ ῥήματα. Εὑρήσομεν γὰρ ὅτι ἕτερον μέν τι τὸ κατ᾽ εἰκόνα γενόμενον, ἕτερον

---

omnia per eum facta sint, si et ipse factus est. Absurdum est quidquid dicunt : haec tamen de ea re dicunt : « Deus volens naturam creatam facere, cum vidisset eam purae manus Patris eiusque actionis participem fieri non posse, facit et creat primo solus solum unum [1], et eum vocat Filium et Verbum, ut, illo intermedio facto, ita deinceps omnia per ipsum possent fieri [2] ». Haec non tantum dixerunt, sed scribere ausi sunt Eusebius et Arius atque Asterius qui idolis immolavit.

23. [De hoc versiculo : Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostri : Quomodo scilicet divinae naturae similem esse humanam sacris sit Litteris proditum, cum haec profecto sit misera, illa vero beata].

Accurate nobis singula in verba est inquirendum. Inveniemus enim aliud esse illud quod imaginem Dei refert, ab eo quod nunc in miseria

---

[1] Sic epistula Arii et sequacium eius ad Alexandrum episcopum, apud S. Athanasium, *De synodis* 16 ; MG. t. XXV, col. 709 B : ὁ μὲν Θεὸς ἄναρχος μονώτατος... ὁ δὲ Υἱός, μόνος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ὑπέστη ».

[2] Cf. Philonem, *De sacrificantibus* 13 ; Cohn t. V, p. 79, l. 15 sq. ; Plotinum *Enn.* V, III, 15 ; *Theolog. Aristotelis* l. XIII, c. II, VI. Etiam

δὲ τὸ νῦν ἐν ταλαιπωρίᾳ δεικνύμενον. « Ἐποίησεν ὁ Θεός, φησί, τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν ». Τέλος ἔχει ἡ τοῦ κατ' εἰκόνα γεγενημένου κτίσις. Εἶτα ἐπανάληψιν ποιεῖται τοῦ κατὰ τὴν κατασκευὴν λόγου, καί φησιν « Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς ». Παντὶ γὰρ οἶμαι γνώριμον εἶναι, ὅτι ἔξω τοῦτο τοῦ πρωτοτύπου νοεῖται· « Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλύ ἐστιν ». Ἀλλὰ μὴν εἰς ταῦτα διῃρῆσθαι ὁ λόγος φησὶ τὸν ἄνθρωπον. Οὐκοῦν διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή, ἥτε πρὸς τὸ θεῖον ὁμοιωμένη, ἥτε πρὸς τὴν διαφορὰν ταύτην διῃρημένη. Τοιοῦτον γάρ τι ὁ λόγος ἐκ τῆς συντάξεως τῶν γεγραμμένων αἰνίττεται, πρῶτον μὲν εἰπὼν ὅτι· « Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν », πάλιν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπαγαγὼν ὅτι « Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς »· ὅπερ ἀλλότριον τῶν περὶ Θεοῦ νοουμένων ἐστίν. (*De hominis opificio*, cap. XVI ; MG. t. XLIV, col. 181AB).

---

conspicimus. « Fecit Deus » inquiunt Litterae sacrae, « hominem, et ad imaginem Dei fecit eum ». Ergo iam perfectum intelligitur illud creatum, quod ad divinam imaginem fuit conformatum. Quod autem post haec redit ad expositionem opificii divini, cum ait: « Fecit eos marem et feminam », id opinor omnes homines perspicere a prototypo removendum esse. « In Christo enim Iesu, ut Apostolus inquit, neque mas neque femina est ». At vero Litterae sacrae diserte affirmant hominem in marem feminamque divisum esse. Itaque duplicem esse factam naturae nostrae structuram necesse est, quarum altera ad divinam imaginem exprimendam directa fuerit, altera ad efficiendum illud sexus discrimen. Huiusmodi enim quiddam indicari videtur, si verborum compositio et series consideretur. Primum enim dicitur: « Fecit hominem Deus, et eum ad imaginem Dei fecit »; deinde his illa subiiciuntur: « Marem ac feminam eos fecit », quae profecto ad imaginem Dei non sunt referenda... ».

doctrinas Averroistarum in medio aevo: *De erroribus philosophorum*, cap. IX (Algazelis) prop. 4, et prop. 28 ab episcopo Tempier anno 1277 damnatam, in Mandonnet, *Siger de Brabant*, t. II, p. 17 et 178.

24. Τὴν δὲ αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἐπιτεχνήσεως μόνοι μὲν ἂν εἰδεῖεν οἱ τῆς ἀληθείας αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου. Ἡμεῖς δέ, καθώς ἐστι δυνατόν, διὰ στοχασμῶν τινων καὶ εἰκόνων φαντασθέντες τὴν ἀλήθειαν, τὸ ἐπὶ νοῦν ἐλθὸν οὐκ ἀποφαντικῶς ἐκτιθέμεθα, ἀλλ᾽ ὡς ἐν γυμνασίας εἴδει τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀκροωμένων προσθήσομεν [1]. Τί τοίνυν ἐστὶν ὃ περὶ τούτων διενοήθημεν; Εἰπὼν ὁ λόγος ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἅπαν ἐνδείκνυται τὸ ἀνθρώπινον. Οὐ γὰρ συνωνομάσθη τῷ κτίσματι νῦν ὁ Ἀδάμ, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἡ ἱστορία φησίν· ἀλλ᾽ ὄνομα τῷ κτισθέντι ἀνθρώπῳ οὐχ ὁ τίς, ἀλλ᾽ ὁ καθόλου ἐστίν. Οὐκοῦν τῇ καθολικῇ τῆς φύσεως κλήσει τοιοῦτόν τι ὑπονοεῖν ἐναγόμεθα, ὅτι τῇ θείᾳ προγνώσει τε καὶ δυνάμει πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐν τῇ πρώτῃ κατασκευῇ περιείληπται. Χρὴ γὰρ Θεῷ μηδὲν ἀόριστον ἐν τοῖς γεγενημένοις παρ᾽ αὐτοῦ νομίζειν· ἀλλ᾽ ἑκάστου τῶν ὄντων εἶναί τι πέρας καὶ μέτρον, τῇ τοῦ πεποιηκότος σοφίᾳ περιμετρούμενον. Ὥσπερ τοίνυν ὁ τὶς ἄνθρωπος τῷ κατὰ τὸ

24. Causam quidem huius discretionis sexus soli haud dubie intelligunt illi, qui veritatis oculati testes sunt et harum rerum nobis memoriam litteris proditam tradiderunt. Nos vero pro viribus nostris per coniecturas et simulacra quaedam veritatem informantes, quod nobis ad animum accidit exponimus, non illud quidem ut verum asserentes, sed subiicientes in gratiam auditorum, benigne haec quasi exercitii causa in medium allata interpretantium [1]. Quid igitur de his in mentem nobis venit? Hoc nimirum : Cum dicitur Deum creasse hominem, per indefinitam vocabuli hominis notationem naturam humanam universam intelligi. Nam creatum hoc, quod ad Dei factum imaginem traditur, non hic Adami nomen adiectum habet, sicut in historiae narrationibus sequentibus: homini creato nomen universi positum est, non individui. Idcirco per hanc hominis appellationem, qua totum genus universe comprehenditur, admonemur quod praescientia potestasque Dei totam hominum naturam in prima illa creatione complexa est. In rebus enim a Deo factis nihil esse putandum est, quod ipsi non

[1] Nota S. Gregorium Nyssenum hic non ut traditionis testem docere sed proprias opiniones per modum exercitii proponere.

σῶμα ποσῷ περιείργεται καὶ μέτρον αὐτῷ τῆς ὑποστάσεως ἡ πηλικότης ἐστίν, ἡ συναπαρτιζομένη τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σώματος· οὕτως οἶμαι καθάπερ ἐν ἑνὶ σώματι ὅλον τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πλήρωμα τῇ προγνωστικῇ δυνάμει παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων περισχεθῆναι, καὶ τοῦτο διδάσκειν τὸν λόγον τὸν εἰπόντα ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Οὐ γὰρ ἐν μέρει τῆς φύσεως ἡ εἰκὼν οὐδὲ ἔν τινι τῶν καθ' αὐτὸν θεωρουμένων ἡ χάρις· ἀλλ' ἐφ' ἅπαν τὸ γένος ἐπίσης ἡ τοιαύτη διήκει δύναμις. Σημεῖον δέ, ὅτι πᾶσιν ὡσαύτως ὁ νοῦς ἐγκαθίδρυται· πάντες τοῦ διανοεῖσθαι καὶ προβουλεύειν τὴν δύναμιν ἔχουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι' ὧν ἡ θεία φύσις ἐν τῷ κατ' αὐτὴν γεγονότι ἀπεικονίζεται. Ὁμοίως ἔχει ὅ τε τῇ πρώτῃ τοῦ κόσμου κατασκευῇ συναναδειχθεὶς ἄνθρωπος καὶ ὁ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς συντέλειαν γενησόμενος, ἐπίσης ἐφ' ἑαυτῶν φέρουσι τὴν θείαν εἰκόνα. Διὰ τοῦτο εἷς ἄνθρωπος κατωνομάσθη τὸ πᾶν, ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ οὔτε τι παρῴχηκεν, οὔτε μελλει, αλλὰ καὶ τὸ προσδοκώμενον ἐπίσης τῷ παρόντι τῇ κεριεκτικῇ τοῦ παντὸς ἐνεργείᾳ περικρατεῖται. Πᾶσα

finitum sit: cum omnia quae exsistunt finem quemdam et numerum habeant, conditoris sapientia constitutum. Quemadmodum igitur homo (intelligo autem individuum quoddam) corporis magnitudinem finitam habet, substantiamque ipsius quantitate metimur, quae corporis superficie continetur: sic arbitror initio rerum uno corpore totam naturam humanam Deum potestate sua, qua cuncta praevidet, complexum esse, idque adeo verbis hisce tradi: « Fecit Deus hominem et ad Dei imaginem eum fecit ». Non enim imago et gratia benigni Dei vel parti naturae vel uni cuidam concessa est homini particulariter, sed facultas illa ad genus universum aequaliter pertinuit. Huius autem rei argumentum est, quod mens pariter in omnibus habitat: omnes cogitandi et de futuris consultandi facultate ceterisque rebus omnibus per quas divina natura in imagine sua exprimitur, praediti sunt. Nihil inter hominem creatum in prima rerum fabricatione et eum qui in extremo nascetur, cum iam omnia consummata erunt, interest. Aequali enim ratione imaginem Dei uterque gestat. Propterea unius hominis nomine ipsa generis universitas comprehensa fuit, quando potestati divinae nihil est vel praeteritum vel futurum. Quin et ea quae exspectantur, non aliter atque si iam praesentia forent, sua in potestate, qua universa

τοίνυν ἡ φύσις ἡ ἀπὸ τῶν πρώτων μέχρι τῶν ἐσχάτων διήκουσα, μία τις τοῦ ὄντος ἐστὶν εἰκών· ἡ δὲ πρὸς τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ τοῦ γένους διαφορὰ προσκατεσκευάσθη τελευταῖον τῷ πλάσματι διὰ τὴν αἰτίαν, ὡς οἶμαι, ταύτην[1]. (*Ibid.*; col. 185AD).

S. ATHANASIUS

Homo aversus est a contemplatione Dei et conversus ad contemplationem sui

25. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Δημιουργός, ὥσπερ εἴρηται[2], τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κατεσκεύασε καὶ μένειν ἠθέλησε· οἱ δὲ ἄνθρωποι, κατολιγωρήσαντες τῶν κρειττόνων καὶ ὀκνήσαντες περὶ τὴν τούτων κατάληψιν, τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἑαυτῶν ἐζήτησαν. Ἐγγύτερα δὲ τούτοις ἦν τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου αἰσθήσεις[3]. Ὅθεν τῶν μὲν νοητῶν ἀπέστησαν ἑαυτῶν τὸν νοῦν, ἑαυτοὺς δὲ κατανοεῖν ἤρξαντο. Ἑαυτοὺς δὲ κατανοοῦντες καὶ τοῦ τε σώματος καὶ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν ἀντιλαμβανόμενοι, καὶ ὡς ἐν ἰδίοις

complectitur, habet. Est igitur tota natura hominum a primis ad extremos usque una eademque veri Dei imago. Sexus autem masculi femineique discrimen in homine iam creato, ob talem, ut ego quidem existimo, causam adiectum fuit.»[1]

25. Sic ergo Creator, ut dictum est[2], hominum genus condidit, quos etiam in eo statu perseverare voluit. At illi, rebus potioribus neglectis, ignavique et inertes ad illas intelligendas effecti, sese ad ea quae sibi erant propiora converterunt. Haec autem corpus et sensus corporis erant[3]. Itaque homines ab intelligibilibus suum intellectum avocaverunt et seipsos contemplari coeperunt. Seipsos autem contemplando, corporique aliisve rebus quae sensus movent inhaerendo, ac velut in propriis decepti, in sui cupiditatem delapsi sunt, propriis rebus

[1] Cf. Philonem, *Leg. alleg.* II, 4; Cohn p. 93, l. 13 sq., *De opif. mundi* XLVI; *ibid.* p. 46, l. 12 sq.; Plotinum, *Enn.* V, VII, 2 et 3; VI, V, 12; Volkmann, t. II, p. 397, l. 20 sq.; cf. VI, IV, 14; VI, V, 6.
[2] *Ibid.* n. 2; col. 5 CD.
[3] Cf. Plotinum, *Enn.* V, I, 1.

ἀπατώμενοι, εἰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἔπεσαν, τὰ ἴδια προτιμήσαντες τῆς πρὸς τὰ θεῖα θεωρίας· ἐνδιατρίψαντες δὲ τούτοις, καὶ τῶν ἐγγυτέρω μὴ ἀποστῆναι θέλοντες, ταῖς μὲν τοῦ σώματος ἡδοναῖς συνέκλεισαν ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν, τεταραγμένην καὶ πεφυρμένην πάσαις ἐπιθυμίαις· τέλεον δὲ ἐπελάθοντο τῆς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν παρὰ Θεοῦ δυνάμεως. Τοῦτο δ' ἄν τις ἴδοι καὶ ἐκ τοῦ πρώτου πλασθέντος ἀνθρώπου ἀληθές, ὥς αἱ ἱεραὶ περὶ αὐτοῦ λέγουσι Γραφαί. Κἀκεῖνος γάρ, ἕως μὲν τὸν νοῦν εἶχε πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὴν τούτου θεωρίαν, ἀπεστρέφετο τὴν πρὸς τὸ σῶμα θεωρίαν· ὅτε δὲ συμβουλίᾳ τοῦ ὄφεως ἀπέστη μὲν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν διανοίας, ἑαυτὸν δὲ κατανοεῖν ἤρξατο, τηνικαῦτα καὶ εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ σώματος ἔπεσαν, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ γνόντες ᾐσχύνθησαν. Ἔγνωσαν δὲ ἑαυτοὺς γυμνοὺς οὐ τοσοῦτον ἀπὸ ἐνδυμάτων, ἀλλ' ὅτι γυμνοὶ τῆς τῶν θείων θεωρίας γεγόνασι καὶ πρὸς τὰ ἐναντία τὴν διάνοιαν μετήνεγκαν. Ἀποστάντες γὰρ τῆς πρὸς τὸν ἕνα καὶ ὄντα, Θεὸν λέγω, κατανοήσεως καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν πόθου, λοιπὸν εἰς διαφόρους καὶ εἰς τὰς κατὰ μέρος ἐπιθυμίας ἐνέβησαν τοῦ σώματος [1]. (*Oratio contra gentes*, 3; MG. t. XXV, col. 8 B - 9 A).

divinarum rerum contemplationi antepositis. In his porro commorantes nolentesque a proximis sibi rebus discedere, suam animam omni cupiditatum genere turbatam et inquinatam corporis voluptatibus constrinxerunt, ac vim quam ab initio a Deo acceperant, penitus obliti sunt. Id vero ita se habere vel ex primo homine videre licet, ut ex sacris Scripturis diximus. Siquidem quamdiu ille mentem ad Deum et Dei contemplationem applicavit, corporis contemplationem respuit: cum vero serpentis consilio cogitationem a Deo avertit seque contemplari coepit, tunc illi in corporis cupiditatem misere inciderunt et se nudos esse cognoverunt, quae ipsis causa fuit erubescendi. Seipsos porro non tam vestibus nudos esse deprehenderunt, quam quod rerum divinarum contemplatione nudi facti sunt, atque animum ad contraria traduxerunt. Desciscentes enim ab illius qui et unus et vere est (Deum intelligo) cognitione et amore, in diversas posthac et singulas corporis cupiditates sese proiecerunt [1].

[1] De lapsu hominis, et S. Gregorium Nyssenum, *In Cantic. Cantic.*, MG. t. XLIV, col. 1100 D-1101 B conferre potes cum Platone, *Phaedr.* 246 ae, 248 ac, 251 bd.

De peccato et purificatione

S. GREGORIUS NYSSENUS

26. Πᾶν γὰρ κτίσμα Θεοῦ καλόν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν· ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον εἰσεφθάρη τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων ἡ τοῦ ἁμαρτάνειν ἀκολουθία, καὶ ἐκ μικρᾶς ἀφορμῆς εἰς ἄπειρον τῆς κακίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ χυθείσης, καὶ τὸ θεοειδὲς ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς κάλλος τό κατὰ μίμησιν τοῦ πρωτοτύπου γενόμενον, οἷόν τις σίδηρος κατεμελάνθη τῷ τῆς κακίας ἰῷ [1]· οὐκέτι τηνικαῦτα τῆς οἰκείας αὐτῷ κατὰ φύσιν εἰκόνος τὴν χάριν διέσωζεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ αἶσχος τῆς ἁμαρτίας μετεμορφώθη. Ὅθεν τὸ μέγα καὶ τίμιον τοῦτο, ὁ ἄνθρωπος, ὡς ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὠνομάσθη, ἐκπεσὼν τῆς οἰκείας ἀξίας, οἷον πάσχουσιν οἱ ἐξ ὀλισθήματος ἐγκατενεχθέντες βορβόρῳ καὶ τῷ πηλῷ τὴν μορφὴν ἑαυτῶν ἐξαλείψαντες, ἀνεπίγνωστοι καὶ τοῖς συνήθεσι γίνονται [2]· οὕτως κἀκεῖνος ἐμπεσὼν τῷ βορβόρῳ τῆς ἁμαρτίας, ἀπώλεσε μὲν τὸ εἰκὼν εἶναι τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, τὴν δὲ φθαρτὴν καὶ πηλίνην εἰκόνα διὰ τῆς ἁμαρτίας μετημφιάσατο· ἣν ἀποθέσθαι συμβουλεύει ὁ Λόγος, οἷόν τινι ὕδατι τῷ καθαρῷ τῆς πολιτείας

---

26. Omne opus Dei est bonum et nullum spernendum et quaecumque Deus fecit sunt valde bona; sed postquam eo qui dictus est modo corrupta est vita hominum peccati sequela et ex parvo principio quod in infinita mala hominibus profluxit, divina illa animae pulchritudo, quae ad exemplaris imitationem fuerat expressa, sicut ferrum rubigine vitii est consumpta [1], non iam tantam propriae imaginis conservavit gratiam, quantam ex natura receperat, sed ad peccati turpitudinem est conversa. Itaque homo, magnum illud et pretiosum, ut a Scriptura est appellatus, cum a dignitate sua excidisset, prout accidit iis qui in coenum illapsi, facie limo oblita, nec a familiaribus possunt agnosci [2]: sic et ille postquam in peccati sordes cecidit, cessavit esse imago Dei incorruptibilis, corruptam vero et limo squalidam imaginem per peccatum induit: quam Verbum deponere suadet tanquam aqua purae disciplinae

---

[1] Cf. Plotinum, *Enn.* I, VI, 5 et 9; IV, VII, 10.

[2] *Enn.* IV, VIII, 1; I, VIII. 4.

ἀποκλυσάμενον· ὡς ἂν περιαιρεθέντος τοῦ γηΐνου καλύμματος, πάλιν τῆς ψυχῆς φανερωθῇ τὸ κάλλος. Ἀπόθεσις δὲ τοῦ ἀλλοτρίου ἐστὶν ἡ εἰς τὸ οἰκεῖον ἑαυτῷ καὶ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος· οὗ τυχεῖν ἄλλως οὐκ ἔστι, μὴ οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐκτίσθη, τοιοῦτον πάλιν γενόμενον. Οὐ γὰρ ἡμέτερον ἔργον οὐδὲ δυνάμεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ κατόρθωμα ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλοδωρεᾶς ἐστιν, εὐθὺς ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει χαρισαμένου τῇ φύσει τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα [1]. (S. Greg. Nyss., *De Virginitate*, cap. XII; MG. t. XLVI, col. 372 A - C.)

Ex multitudine ad unitatem

S. AUGUSTINUS

27. Quia enim ab uno vero Deo et summo per impietatis iniquitatem resilientes et dissonantes defluxeramus et evanueramus in multa, discissi per multa et inhaerentes in multis, oportebat nutu et imperio Dei miserantis ut ipsa multa venturum conclamarent unum, et a multis conclamatus veniret unus, et multa contestarentur venisse unum, et a multis exonerati veniremus ad unum, et multis peccatis in anima mortui, et propter peccatum in carne morituri, amaremus sine peccato mortuum in carne pro nobis unum, et in resuscitatum credentes et cum illo per fidem spiritu resurgentes, iustificaremur in uno iusto facti unum, nec in ipsa carne nos resurrecturos desperaremus, cum multa membra intueremur praecessisse nos caput unum; in quo nunc per

ablutum, ut, terreno reiecto tegumento, animae rursus appareat pulchritudo. Aliena vero reiicere idem est ac ad propria iuxta naturam redire: quod profecto nemo assequi potest, nisi, qualis a principio creatus est, talis rursus fiat. Non enim nostrum est neque potentiae humanae officium, ut Divinitati similes fiamus; sed hoc est donum munificentiae Dei, qui a primo statim ortu hanc similitudinem naturae largitus est [1].

[1] Cf. S. Greg. Nyss., *De virginitate*, *ibid.* col. 373 A; *De beatitudinlbus, orat.* VI, t. XLVI, col. 1272 AB; S. Basil., *serm.* XIX; t. XXXII, col. 1348 C-1349 A; Origen. *In Genes. homil.* XIII, 4; t. XII, col. 234 C.

fidem mundati et tunc per speciem redintegrati et per Mediatorem Deo reconciliati haereamus uni, fruamur uno, permaneamus unum [1]. (*De Trinitate*, lib. IV, cap. VII, n. 11; M.L. t. XLII col. 895 sq.)

De purificatione et contemplatione

S. ATHANASIUS

28. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ παμβασιλεὺς Θεὸς... τὸ ἀνθρώπινον γένος κατ' ἰδίαν εἰκόνα πεποίηκε... ἵνα, τὴν ταυτότητα σώζων,... συνομιλῇ τῷ θείῳ, ζῶν τὸν ἀπήμονα καὶ μακάριον ὄντως τὸν ἀθάνατον βίον. Οὐδὲν γὰρ ἔχων ἐμπόδιον εἰς τὴν περὶ τοῦ θείου γνῶσιν, θεωρεῖ μὲν ἀεὶ διὰ τῆς αὐτοῦ καθαρότητος τὴν τοῦ Πατρὸς εἰκόνα, τὸν Θεὸν Λόγον, οὗ καὶ κατ' εἰκόνα γέγονεν, ὑπερεκπλήττεται δὲ κατανοῶν τὴν δι' αὐτοῦ εἰς τὸ πᾶν πρόνοιαν, ὑπεράνω μὲν τῶν αἰσθητῶν καὶ πάσης σωματικῆς φαντασίας γινόμενος, πρὸς δὲ τὰ ἐν οὐρανοῖς θεῖα καὶ νοητὰ [2] τῇ δυνάμει τοῦ νοῦ συναπτόμενος. Ὅτε γὰρ οὐ συνομιλεῖ τοῖς σώμασιν ὁ νοῦς ὁ τῶν ἀνθρώπων, οὐδέ τι τῆς ἐκ τούτων ἐπιθυμίας μεμιγμένον ἔξωθεν ἔχει,

28. Mundi opifex et omnium moderator Deus... humanum genus ad propriam imaginem fecit,... ut videlicet, hac conservata similitudine,... cum Deo familiariter viveret securamque ac vere beatam immortalem vitam duceret. Nam quando nulla re a Dei cognitione impeditur; per animae munditiam, Patris imaginem, Deum Verbum, ad cuius quoque imaginem factus est, semper contemplatur, maximaque admiratione afficitur, cum providentiam qua res universae per ipsum administrantur, intelligit, ultra sensibilia et omnem corpoream imaginationem effectus, cum his vero vi mentis coniunctus, quae in caelis divina sunt et intelligibilia [2]. Cum enim mens humana corporibus non adhaerescit, neque aliquid ex eorum cupiditate extrinsecus admistum habet, sed tota ipsa

[1] Item, *Confession.* lib. II, cap. I n. 1 : ab uno te aversus in multa evanui; lib. X, cap. 29 n. 40... ; ML. t. XXXII, col. 675, 796. Cf. Plotin. *Enn.* IV, III, 32; VI, V, 1.

[2] De cognitione intelligibilium apud neoplatonicos cf. exempli gratia Plotinum *Enn.* V, I, 4.

ἀλλ' ὅλος ἐστὶν ἄνω ἑαυτῷ συνὼν [1] ὡς γέγονεν ἐξ ἀρχῆς· τότε δή, τὰ αἰσθητὰ καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα διαβάς, ἄνω μετάρσιος γίνεται καί, τὸν Λόγον ἰδών, ὁρᾷ ἐν αὐτῷ καὶ τὸν τοῦ Λόγου Πατέρα, ἡδόμενος ἐπὶ τῇ τούτου θεωρίᾳ καὶ ἀνακαινούμενος ἐπὶ τῷ πρὸς τοῦτον πόθῳ· ὥσπερ οὖν τὸν πρῶτον τῶν ἀνθρώπον γενόμενον, ὃς καὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν Ἀδὰμ ὠνομάσθη, λέγουσιν αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀνεπαισχύντῳ παρρησίᾳ τὸν νοῦν ἐσχηκέναι πρὸς τὸν Θεόν, καὶ συνδιαιτᾶσθαι τοῖς ἁγίοις ἐν τῇ τῶν νοητῶν θεωρίᾳ, ἣν εἶχεν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ὃν καὶ ὁ ἅγιος Μωϋσῆς τροπικῶς παράδεισον ὠνόμασεν. Ἱκανὴ δὲ ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης ἐστὶ τὸν Θεὸν δι' ἑαυτῆς κατοπτρίζεσθαι, καθάπερ καὶ ὁ Κύριός φησι· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται» [2]. (*Oratio contra Gentes*, 2; MG. t. XXV, col 5C-8B).

S. GREGORIUS NYSSENUS

29. Τὸ γὰρ ἀγαθῷ ὅμοιον, ἀγαθὸν πάντως. Οὐκοῦν ὁ ἑαυτὸν βλέπων, ἐν ἑαυτῷ τὸ ποθούμενον βλέπει· καὶ οὕτω

sursum secum est [1], sicut initio facta est, tunc sensibilia omniaque humana transcendens in sublime fertur, Verbumque et in Verbo Verbi Patrem videt, cuius contemplatione delectata, suo erga illum desiderio renovatur : quemadmodum utique primum hominem, qui hebraea lingua Adam dictus est, sacrae Scripturae narrant initio summa cum libertate et fiducia mente Deo adhaesisse, sanctorumque societate et consuetudine potitum fuisse in illa intelligibilium contemplatione, qua illo in loco fruebatur, quem sanctus Moyses tropo quodam paradisum appellavit. Animae enim munditia eam ad Deum per seipsam contuendum idoneam reddit, sicut ipse Dominus ait : Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [2].

29. Quod est boni simile, bonum prorsus est. Ergo qui seipsum intuetur, in seipso illud quod desiderat intuetur et sic beatus fit qui

[1] Cf. *Enn.* I, VI, 5; III, IX, 3; Volkmann, t. I, p. 89, l. 29; p. 350, l. 26.

[2] Cf. S. Athanas., *Orat. contra gentes* 34, *Orat. de incarnatione Verbi* 57; MG. t. XXV, col. 68 C-69 A, 196 C-197 A (cf. Plotinum. *Enn.* I, VI, 9); S. Basil., *Lib. de Spiritu Sancto* 23; t. XXXII, col. 109 AB.

γίνεται μακάριος ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὅτι πρὸς τὴν ἰδίαν καθαρότητα βλέπων, ἐν τῇ εἰκόνι καθορᾷ τὸ ἀρχέτυπον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν κατόπτρῳ ὁρῶντες τὸν ἥλιον, κἂν μὴ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀποβλέψωσιν ἀτενές, οὐδὲν ἔλαττον ὁρῶσι τὸν ἥλιον ἐν τῇ τοῦ κατόπτρου αὐγῇ, τῶν πρὸς αὐτὸν ἀποβλεπόντων τοῦ ἡλίου τὸν κύκλον· οὕτω, φησί [1], καὶ ὑμεῖς, κἂν ἀτονῆτε πρὸς κατανόησιν φωτός, ἐὰν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐγκατασκευασθεῖσαν ὑμῖν χάριν τῆς εἰκόνος ἐπαναδράμητε, ἐν ἑαυτοῖς τὸ ζητούμενον ἔχετε. Καθαρότης γάρ, ἀπάθεια καὶ κακοῦ πάντος ἀλλοτρίωσις ἡ θεότης ἐστίν. Εἰ οὖν ταῦτα ἐν σοί ἐστι, Θεὸς πάντως ἐν σοί ἐστιν. Ὅταν οὖν ἀμιγὴς πάσης κακίας, καὶ πάθους ἐλεύθερος, καὶ παντὸς κεχωρισμένος μολύσματος, ὁ ἐν σοὶ λογισμὸς ᾖ, μακάριος εἶ τῆς ὀξυωπίας, ὅτι τὸ τοῖς μὴ καθαρθεῖσιν ἀθέατον, ἐκκαθαρθείς κατενόησας, καὶ τῆς ὑλικῆς ἀχλύος τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἀφαιρεθείσης, ἐν καθαρᾷ τῇ τῆς καρδίας αἰθρίᾳ τηλαυγῶς βλέπεις τὸ μακάριον θέαμα. Τοῦτο δὲ ἐστι τί; καθαρότης, ὁ ἁγιασμὸς, ἡ ἁπλότης, πάντα τὰ τοιαῦτα τὰ φωτοειδῆ τῆς θείας φύσεως ἐπαυγάσματα, δι᾽ ὧν ὁ Θεὸς ὁρᾶται. (*De Beatitudinibus*, orat. VI; MG. t. XLIV, col. 1272 B C).

---

est puro corde, quia, dum in propriam puritatem intuetur, in imagine aspicit exemplar. Quemadmodum enim ii qui solem in speculo vident, etiamsi caelum ipsum intentis oculis non intuentur, nihilominus in splendore speculi solem vident quam illi qui ipsum orbem solis intuentur: ita, inquit [1], et vos, etiamsi vires non suppetunt ad contemplandum lumen, dummodo ad imaginis gratiam redeatis, quae ab initio in vobis est constituta, in vobis ipsis habetis quod quaeritis. Puritas enim et passionum absentia et ab omni malo alienatio deitas est. Itaque, si haec in te sunt, Deus prorsus in te est. Cum igitur ab omni vitio pura et a passione libera et ab omni inquinatione separata in te ratio fuerit, beatus es propter acumen visus, quia quod oculi non purificati contemplari nequeunt, purificatus ipse contemplaris, ac materiali caligine ab animae oculis dempta, in pura cordis serenitate beatum spectaculum clare cernis. Hoc autem quid est? Puritas, sanctimonia, simplicitas, omnes eiusmodi splendidae divinae naturae irradiationes, per quas Deus videtur.

---

[1] Verbum Dei haec dicere fingitur, versiculum interpretans: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (*ibid.* 1269 C). Cf. S. Greg. Nazianz. *orat.* XX, 1; t. XXXV, col. 1065 A-1068 A.

De Ideis et contemplatione Idearum

S. AUGUSTINUS

30. Ideas igitur latine possumus vel formas vel species dicere, ut verbum e verbo transferre videamur. Si autem rationes eas vocemus, ab interpretandi quidem proprietate discedimus; rationes enim graece λόγοι appellantur, non ideae: sed tamen quisquis hoc vocabulo uti voluerit, a re ipsa non aberrabit. Sunt namque ideae principales formae quaedam vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quae ipsae formatae non sunt, ac per hoc aeternae ac semper eodem modo sese habentes, quae in divina intelligentia continentur. Et cum ipsae neque oriantur neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri et interire potest et omne quod oritur et interit. Anima vero negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit, id est ipsa mente atque ratione, quasi quadam facie vel oculo suo interiore atque intelligibili. Et ea quidem ipsa rationalis anima non omnis et quaelibet, sed quae sancta et pura fuerit, haec asseritur illi visioni esse idonea: id est quae illum ipsum oculum quo videntur ista, sanum et sincerum et serenum et similem his rebus quas videre intendit, habuerit. Quis autem religiosus et vera religione imbutus, quamvis nondum possit haec intueri, negare tamen audeat, imo non etiam profiteatur, omnia quae sunt, id est quaecumque in suo genere propria quadam natura continentur, ut sint, Deo auctore esse procreata, eoque auctore omnia quae vivunt vivere, atque universalem rerum incolumitatem, ordinemque ipsum quo ea quae mutantur suos temporales cursus certo moderamine celebrant, summi Dei legibus contineri et gubernari? Quo constituto atque concesso, quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Quod si recte dici vel credi non potest, restat ut omnia ratione sint condita. Nec eadem ratione homo, qua equus: hoc enim absurdum est existimare. Singula igitur propriis sunt creata rationibus. Has autem rationes ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quidquam positum intuebatur, ut secundum id constitueret,

quod constituebat : nam hoc opinari sacrilegum est. Quodsi hae rerum omnium creandarum creatarumve rationes in divina mente continentur, neque in divina mente quidquam nisi aeternum atque incommutabile potest esse ; atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato : non solum sunt ideae, sed ipsae verae sunt, quia aeternae sunt et eiusmodi atque incommutabiles manent ; quarum participatione fit ut sit quidquid est, quoquomodo est. Sed anima rationalis inter eas res quae sunt a Deo conditae, omnia superat ; et Deo proxima est, quando pura est : eique, in quantum charitate cohaeserit, in tantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodammodo et illustrata cernit, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principale, quo excellit, id est per intelligentiam suam, istas rationes, quarum visione fit beatissima [1]. Quas rationes, ut dictum est, sive ideas, sive formas, sive species, sive rationes licet vocare, et multis conceditur appellare quod libet, sed paucissimis videre quod verum est. (*Liber de diversis quaestionibus* LXXXIII, q. XLVI *De ideis* ; ML. t. XL, col. 30, 31).

EVAGRIUS

31. Μόνος δὲ ὁ Πατήρ, φησίν, ἐπίσταται· ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης. Ὅταν γὰρ μηκέτι θεόν ἐν τοῖς κατόπτροις, μηδὲ διὰ τῶν ἀλλωτρίων ἐπιγινώσκωμεν, ἀλλ' αὐτῷ ὡς μόνῳ καὶ ἑνὶ προσέλθωμεν· τότε καὶ τὸ ἔσχατον τέλος εἰσόμεθα. Χριστοῦ γὰρ βασιλείαν φασὶν εἶναι πᾶσαν τὴν ἔνυλον γνῶσιν· τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ἄϋλον, καὶ ὡς ἂν

31. [Explicatio proponitur « sublimior » textus ubi Dominus dicit horam et diem iudicii se ignorare]. Solus autem Pater, inquit, novit: quia et ipse finis est et ultima beatitudo. Cum enim non iam Deum in speculis neque per aliena cognoscemus, sed ad ipsum velut solum et unum accedemus, tunc et ultimum finem sciemus. Nam Christi regnum esse dicunt omnem materialem cognitionem; Dei vero et Patris, imma-

[1] Cf. Platonem, *Phaedr.* 246 d-247 e ; Plotinum, *Enn.* V, IX, 8-11 ; V, I, 4; I, VI, 8 et 9 ; Porphyr. *De vita Plotini*, cap. XVIII ; Origenem, *In Ioann.* XIX, 22 ; Preuschen p. 323-324.

εἴποι τίς, αὐτῆς τῆς θεότητος θεωρίαν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ αὐτὸς τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης, κατὰ τὴν τοῦ Λόγου ἐπίνοιαν. Τί γάρ φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; Κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· ἀνάστασιν λέγων τὴν ἀπὸ τῆς ἐνύλου γνώσεως ἐπὶ τὴν ἄϋλον θεωρίαν μετάβασιν, ἐσχάτην δὲ ἡμέραν τὴν γνῶσιν ταύτην εἰπών, μεθ' ἣν οὐκ ἔστιν ἑτέρα. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν ἐξανίσταται, καὶ πρὸς ὕψος μακάριον διεγείρεται, ὁπηνίκα ἂν θεωρήσῃ τὴν ἑνάδα καὶ μονάδα τοῦ Λόγου [1]. Ἀλλ' ἐπειδὴ παχυνθεὶς ἡμῶν ὁ νοῦς τῷ χοῒ συνεδέθη, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρεται, καὶ ψιλῇ τῇ θεωρίᾳ ἐνατενίζειν ἀδυνατεῖ, διὰ τῶν συγγενῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ κόσμων ποδηγούμενος· τὰς ἐνεργείας τοῦ κτίστου κατανοεῖ, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τέως ἐπιγινώσκει, ἵν' οὕτω κατὰ μικρὸν αὐξηθεὶς ἰσχύσῃ ποτὲ καὶ αὐτῇ γυμνῇ προσελθεῖν τῇ θεότητι...

Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν ἐρωτήσασι τοῖς μαθηταῖς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων τό· Πότε ἀποκαθιστανεῖς τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ, φησίν· Οὐχ ἡμῶν ἔστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

---

terialem et, ut ita dicam, ipsius divinitatis contemplationem. Etiam Dominus noster et ipse finis est et ultima beatitudo, secundum Verbi considerationem. Quid enim ait in Evangelio ? Et ego resuscitabo eum in novissimo die, resurrectionem dicens transitum a materiali cognitione ad immaterialem contemplationem, diem autem novissimum appellans eam cognitionem, post quam non est alia. Tunc enim intellectus noster excitatur et ad beatam sublimitatem erigitur, cum Verbi unitatem ac monada contemplatus fuerit [1]. Sed quoniam crassior effectus intellectus noster terrae colligatus est et luto miscetur et nudae contemplationi intentus esse non potest, per cognatas corporis ipsius pulchritudines manuductus Creatoris operationes considerat eaque interim ex effectibus cognoscit, ut ita paulatim auctus possit aliquando ad ipsam etiam nudam divinitatem accedere...

Quod autem haec ita se habent, rursus interrogantibus discipulis in Actibus Apostolorum : « Quando restitues regnum Israel ? », hoc dicit : « Non est vestrum nosse tempora vel momenta quae Pater posuit in propria potestate ». Hoc est, non eorum est qui carni et sanguini

---

[1] Cf. Philon. *De Abrahamo*, 24 ; Cohn, t. IV, p. 28, l. 8 sqq.

Τουτέστιν, οὐ τῶν συνδεδεμένων σαρκὶ καὶ αἵματι τῆς τοιαύτης βασιλείας ἡ γνῶσις. Ταύτην γὰρ τὴν θεωρίαν ὁ Πατὴρ ἐναπέθετο τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ... Χρόνους δὲ καὶ καιροὺς μή μοι νόει αἰσθητούς, ἀλλὰ διαστήματά τινα γνώσεως ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ἡλίου γενόμενα. Δεῖ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι τοῦ Δεσπότου ἡμῶν. Ἰησοῦς γάρ ἐστιν ὁ προσευξάμενος· Δὸς αὐτοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, Πάτερ. Εἷς γὰρ ὢν ὁ Θεός, ἐν ἑκάστῳ γενόμενος, ἑνοῖ τοὺς πάντας· καὶ ἀπόλλυται ὁ ἀριθμὸς τῇ τῆς μονάδος ἐπιδημίᾳ[1]. Κἀγὼ μὲν οὕτως ἐπέβαλον τῷ ῥητῷ κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιχείρησιν. Εἰ δέ τις βέλτιον λέγοι ἢ διορθοίη εὐσεβῶς τὰ ἡμέτερα, καὶ λεγέτω καὶ διορθούσθω, καὶ ὁ Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἡμῶν. (Inter opera S. Basilii, *Epist.* VIII, 7; MG. t. XXXII, col. 257 B).

De contemplatione secundum Eunomium

EUNOMIUS

32. Ὁ γὰρ νοῦς, φησί, τῶν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότων, πᾶσαν αἰσθητὴν καὶ νοητὴν οὐσίαν ὑπερκύψας, οὐδὲ ἐπὶ

---

ligati sunt talis regni cognitio. Hanc enim contemplationem Pater posuit in propria potestate... Tempora autem et momenta noli intelligere sensibilia, sed quaedam cognitionis intervalla a sole intelligibili facta. Oportet enim illam Domini nostri precationem ad finem adduci. Iesus enim est qui precatus est: « Da eis ut et ipsi in nobis unum sint sicut ego et tu, Pater, unum sumus ». Deus enim, cum unus sit, si in singulis fuerit, omnes unificat, et accedente monade, perit numerus[1]. Sic ego aggressus sum hoc dictum secundo tentamine. Si quis vero meliora dicat aut nostra pie emendet, et dicat et emendet et eum pro nobis remunerabit Dominus.

32. Intellectus enim, ait, eorum qui in Dominum crediderunt, cum super omnem sensibilem et intelligibilem essentiam sese extulerit, nec

---

[1] Similia dicit Evagrius et in *Centuriis* I, 7 et in *Epistola ad Melaniam*, Frankenberg p. 53, 617-619.

τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως ἵστασθαι πέφυκεν· ἐπέκεινα δὲ ταύτης ἵεται πόθῳ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐντυχεῖν τῷ πρώτῳ γλιχόμενος [1]. (Apud S. Gregorium Nyssenum, *Contra Eunomium* lib. X; M.g. t. XLV, col. 832 D).

De methodo resolutionis et via negativa ad Deum cognoscendum

CLEMENS ALEXANDRINUS

33. Θυσία δὲ ἡ τῷ Θεῷ δεκτὴ σώματός τε καὶ τῶν τούτου παθῶν ἀμετανόητος χωρισμός. Ἡ ἀληθὴς τῷ ὄντι θεοσέβεια αὕτη. Καὶ μή τι εἰκότως μελέτη θανάτου διὰ τοῦτο εἴρηται τῷ Σωκράτει ἡ φιλοσοφία· ὁ γὰρ μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι μήτε τινὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἐφελκόμενος, ἀλλ' αὐτῷ καθαρῷ τῷ νῷ τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνων τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν μέτεισιν. Τοῦτο ἄρα βούλεται καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ ἡ τῆς πενταετίας σιωπή, ἣν τοῖς γνωρίμοις παρεγγυᾷ, ὡς δὴ ἀποστραφέντες τῶν αἰσθητῶν ψιλῷ τῷ νῷ τὸ θεῖον ἐποπτεύοιεν· ... Παρὰ Μωυσέως τοιαῦτα φιλοσοφήσαντες οἱ τῶν Ἑλλήνων ἄκροι. Προστάσσει γὰρ «τὰ ὁλοκαυ-

---

in Filii generatione stare potest: ultra eam gestit ire, aeternae vitae desiderio ipsum Primum attingere cupiens [1].

33. Sacrificium autem Deo acceptum est corporis et eius passionum nunquam poenitenda separatio: is est verus Dei cultus. Nonne propterea merito dicta est a Socrate philosophia mortis meditatio? Qui enim neque visum adducit in percipiendo, neque aliquem trahit ex aliis sensibus, sed ipse puro inlellectu se rebus applicat, ille veram consequitur philosophiam. Hoc etiam sibi vult apud Pythagoram quinque annorum silentium, quod praecipit discipulis, ut, a rebus sensibilibus aversi, divinitatem puro intellectu contemplentur... Haec a Moyse accepta philosophati sunt Graecorum prestantiores. Praecipit enim ut « holocausta,

---

[1] Sic Theodoretus, *Haeretic. fabul.* IV, 3; MG. t. LXXXIII, col. 421 A. Cf. Platon. *Rempubl.* 490 b; *Conviv.* 211 d-212 c; Plotin. *Enn.* VI, VII, 34, 35; VI, IX, 3; V, V, 6; Porphyr. *Vit. Plotini,* cap. 23.

τώματα δείραντας εἰς μέλη διανεῖμαι», ἐπειδὴ γυμνὴν τῆς ὑλικῆς δορᾶς γενομένην τὴν γνωστικὴν ψυχὴν ἄνευ τῆς σωματικῆς φλυαρίας καὶ τῶν παθῶν πάντων, ὅσα περιποιοῦσιν αἱ κεναὶ καὶ ψευδεῖς ὑπολήψεις, ἀποδυσαμένην τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, τῷ φωτὶ καθιερωθῆναι ἀνάγκη. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων τὸ θνητὸν ἐνδυόμενοι καθάπερ οἱ κοχλίαι καὶ περὶ τὰς αὐτων ἀκρασίας ὥσπερ οἱ ἐχῖνοι σφαιρηδὸν εἱλούμενοι περὶ τοῦ μακαρίου καὶ ἀφθάρτου Θεοῦ τοιαῦτα οἷα καὶ περὶ αὑτῶν δοξάζουσιν. Λέληθεν δ' αὐτούς, κἂν πλησίον ἡμῶν τύχωσιν, ὡς μυρία ὅσα δεδώρηται ἡμῖν ὁ Θεός, ὧν αὐτὸς ἀμέτοχος [1]... (*Strom.*V, Cap. XI ; Stählin t. II, p. 370, l. 26 sq. ; MG. t. IX, col. 101B seq).

34. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. Μετὰ ταῦτα δ'εστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων, τὰ δὲ

cum ea excoriaverint, membratim dividant », quoniam animam gnosticam, cum nuda fuerit a pelle materiali, absque nugis corporis et omnibus passionibus quas vanae et falsae opiniones afferunt, carnalibus exutam cupiditatibus, luci consecrari necesse est. Plerique autem homines, id quod est mortale tanquam cochleae induentes et circa suas libidines instar erinaceorum in orbem conglobati, de beato et incorruptibili Deo talia qualia de se opinantur. Qui non animadvertunt. etsi sint nobis propinqui, Deum nobis quam plurima dedisse, quorum ipse non est particeps... [1].

34. Non abs re ergo, etiam in mysteriis quae apud Graecos fiunt, primum locum tenent lustrationes, sicut et apud Barbaros lavacrum. Postea vero sunt parva mysteria, quae fundamentum quoddam habent doctrinae et preparationis futurorum. In magnis autem de universis non

[1] Cf. Philon., *De sacrificio Abel et Cain*, 25, 28 ; Cohn, t I,. p. 236, l. 13 sq.; p. 241, l. 11, sq., a quo non pauca quasi ad verbum desumpta sunt.

μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων, οὐ μανθάνειν (οὐκ)έτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ καὶ περινοεῖν τήν τε φύσιν καὶ τὰ πράγματα. Λάβοιμεν δ'ἂν τὸν μὲν καθαρτικὸν τρόπον ὁμολογίᾳ, τὸν δὲ ἐποπτικὸν ἀναλύσει ἐπὶ τὴν πρώτην νόησιν προχωροῦντες, δι' ἀναλύσεως ἐκ τῶν ὑποκείμενων αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι, ἀφελόντες μὲν τοῦ σώματος τὰς φυσικὰς ποιότητας, περιελόντες δὲ τὴν εἰς τὸ βάθος διάστασιν, εἶτα τὴν εἰς τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν εἰς τὸ μῆκος. Τὸ γὰρ ὑπολειφθὲν σημεῖόν ἐστι μονὰς ὡς εἰπεῖν θέσιν ἔχουσα [1], ἧς ἐὰν περιέλωμεν τὴν θέσιν, νοεῖται μονάς [2]. Εἰ τοίνυν, ἀφελόντες πάντα ὅσα πρόσεστι

restat amplius discere, sed contemplari et intellectu comprehendere et naturam et res ipsas. Accipiemus purificandi modum confessione, contemplandi vero resolutione, procedentes ad primam intellectionem, ex iis quae sunt ei subiecta initium sumentes, abstrahentes quidem a corpore qualitates naturales, et circumcidentes eam quae est in profundum dimensionem; deinde eam quae est in latitudinem; postea eam quae est in longitudinem. Quod enim superest punctum est unitas, ut ita dicam, positionem habens [1], cuius si positionem abstuleris, percipitur monas [2]. Si ergo, ablatis omnibus quae adsunt corporibus et iis

[1] Aristot., *De anima* I, 4 p. 409 a 6; ἡ γὰρ στιγμὴ (punctum) μονάς ἐστιν θέσιν ἔχουσα; Philo, *De opificio mundi* 16; *De Decalogo* 7; Cohn t. I, p. 16, l. 2 seq., t. IV, p. 274.

[2] De illa analysi seu resolutione, videas Philon. *De fuga et inventione* 17; Wendland t. III, p. 129. l. 8-18. Cf. methodum dialecticam Plotini *Enn.* I, lib. III, c. 4 et 5; II, IV. 4 (quam Aristoteles impugnaverat: *Priora Analytica* lib. I, c. XXXI, n. 2, *Posteriora analytica* l. II, c. V), et, in medio aevo, viam resolutoriam qualis invenitur apud Scotum Eriugenam, *Monum. germ.*, Epist. VI, 5, 162 p. 22; ML., t. CXXII, col. 1196 A; apud Avicebron., *Fons vitae* I, 11; V, 7; IV, 10, in *Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters* p. 14, l. 6; p. 269, l. 4; p. 232, l. 17 (cf. etiam S. Thomam, *De substantiis separatis* cap. V: quadam resolutoria via processit..., et cap. VI); apud David. de Dinant, in *Summa theologica* S. Alberti Magni, II P., tr. XII, q. 72, n. 4, a. 2; Borgnet, t. XXXIII, p. 43, n. 9 et in *Summa de creaturis* II P., q. 5, a, 2; t. XXXV, p. 68, n. 3-6: « Non differunt unitas et punctum in eo quod prima et principia sunt in quanto, sed in eo quod unum est

τοῖς σώμασιν καὶ τοῖς λεγομένοις ἀσωμάτοις, ἐπιρρίψαιμεν ἑαυτοὺς εἰς τὸ μέγεθος τοῦ Χριστοῦ κἀκεῖθεν εἰς τὸ ἀχανὲς ἁγιότητι προΐοιμεν, τῇ νοήσει τοῦ παντοκράτορος ἁμῇ γέ πῃ προσάγοιμεν (ἄν), οὐχ ὅ ἐστιν [1], ὃ δὲ μή ἐστι γνωρίσαντες· σχῆμα δὲ καὶ κίνησιν ἢ στάσιν ἢ θρόνον ἢ τόπον ἢ δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ τοῦ τῶν ὅλων πατρὸς οὐδ' ὅλως ἐννοητέον, καίτοι καὶ ταῦτα γέγραπται· ἀλλ' ὃ βούλεται δηλοῦν αὐτῶν ἕκαστον, κατὰ τὸν οἰκεῖον ἐπιδειχθήσεται τόπον. Οὔκουν ἐν τόπῳ τὸ πρῶτον αἴτιον, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ ὀνόματος καὶ νοήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Μωυσῆς φησιν «ἐμφάνισόν μοι σαυτόν», ἐναργέστατα αἰνισσόμενος μὴ εἶναι διδακτὸν πρὸς ἀνθρώπων μηδὲ ῥητὸν τὸν Θεόν, ἀλλ' ἢ μόνῃ τῇ παρ' αὐτοῦ δυνάμει γνωστόν. Ἡ μὲν γὰρ ζήτησις ἀειδὴς καὶ ἀόρατος, ἡ χάρις δὲ τῆς γνώσεως παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ. (*Ibid.* Stählin, p. 373, l. 23 sq ; MG. col. 108B-109B).

quae dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus in Christi magnitudinem, et inde in eius immensitatem sanctitate processerimus, ad intellectionem Omnipotentis quodammodo perveniemus, ita tamen ut non quod est sed quod non est cognoscamus [1]. Figura autem et motus vel status, vel sedes, vel locus, vel dextra vel sinistra de Patre universorum nullo modo sunt cogitanda, quamvis et haec scripta sint: quid vero significet unumquodque eorum, suo loco ostendetur. Non est ergo prima causa in loco, sed supra locum et tempus et nomen et intellectionem. Propterea et Moyses dicit: Ostende mihi teipsum, evidentissime innuens Deum ab hominibus non posse doceri nec verbis exprimi, sed ea sola quae ab ipso est potentia posse cognosci. Inquisitio enim obscura est et caeca; gratia autem cognitionis ab Ipso per Filium.

habens per rationem positionem, alterum vero, non. Ergo si abstrahatur differentia illa, unitas et punctum non habebunt differentiam ». « In resolutionibus sic est, quod resolutio stat in ente quod est simplicissimum... ».

[1] Item Plotinus *Enn.* V, III, 14; V, VIII, 9; VI, VIII, 11. Cf. S. Athanas. *Histor. monachorum ad monachos* 2; MG. t. XXV, col. 693 A et Dict. théol. cath., art. *Le Platonisme des Pères*, t. XII. col. 2372 seq.: *Le théologie négative.*

De cognitione Dei in caligine

S. GREGORIUS NYSSENUS

35. Προϊὼν δὲ ὁ νοῦς, καὶ διὰ μείζονος ἀεὶ καὶ τελειοτέρας προσοχῆς ἐν περινοίᾳ γινόμενος τῆς ὄντως κατανοήσεως, ὅσῳ προσεγγίζει μᾶλλον τῇ θεωρίᾳ, τοσούτῳ πλέον ὁρᾷ τὸ τῆς θείας φύσεως ἀθεώρητον. Καταλιπὼν γὰρ πᾶν τὸ φαινόμενον, οὐ μόνον ὅσα καταλαμβάνει ἡ αἴσθησις, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ διάνοια δοκεῖ βλέπειν· ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνδότερον ἵεται [1], ἕως ἂν διαδυῇ τῇ πολυπραγμοσύνῃ τῆς διανοίας πρὸς τὸ ἀθέατόν τε καὶ ἀκατάληπτον, κἀκεῖ τὸν Θεὸν ἴδῃ. Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ ἀληθής ἐστιν εἴδησις τοῦ ζητουμένου, τὸ ἐν τούτῳ τὸ ἰδεῖν, ἐν τῷ μὴ ἰδεῖν· ὅτι ὑπέρκειται πάσης εἰδήσεως ζητούμενον, οἷόν τινι γνόφῳ [2] τῇ ἀκαταληψίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον. Διό φησι καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, ὁ ἐν τῷ λαμπρῷ γνόφῳ τούτῳ γενόμενος, ὅτι

---

35. Intellectus, procedens, semper magis et perfectius in vera speculatione intentus, quanto magis ad contemplationem accedit, tanto magis videt inscrutabilem esse naturam divinam. Nam cum reliquerit omnia quae apparent, non solum ea quae sensu percipiuntur, sed etiam ea quae cogitatio videtur aspicere, semper ad interiora progreditur [1], donec operositate cogitationis penetret ad illud quod est invisibile et incomprehensibile et ibi videat Deum. Hoc est vere cognoscere illud quod quaeritur; in hoc visio consistit, quod non videt: quia excedit omnem cognitionem illud quod quaeritur, tanquam caligine quadam [2] ipsa incomprehensibilitate undique contentum. Quapropter sublimis ipse Ioannes, qui in illa splendida fuit caligine, dixit: Deum nemo vidit

---

[1] Cf. Plotin. *Enn.* VI, IX, 7; Volkmann p. 518, l. 9 seq., 25 seq.; IV VIII, 1, ab initio; S. Gregor. Nazianz. *Orat.* XXVIII, 3; MG. t. XXXVI, col. 29 A.

[2] Cf. Philon. *De posteritate Caini* 5; Wendland p. 3, l. 19 sq.; Ps-Dionys. *De mystica theologia* I, 3; *Epist.* I; MG. t. III, col. 1000 CD; 1065 A.

«Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε». οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πάσῃ νοητῇ φύσει τῆς θείας οὐσίας τὴν γνῶσιν ἀνέφικτον εἶναι, τῇ ἀποφάσει ταύτῃ διοριζόμενος. (*De vita Moysis* ; MG. t. XLIV, col. 376D-377A).

De contemplatione super omnia aestimanda

CLEMENS ALEXANDRINUS

36. Τολμήσας γὰρ εἴποιμ' ἄν, οὐ διὰ τὸ σῴζεσθαι βούλεσθαι τὴν γνῶσιν αἱρήσεται ὁ δι' αὐτὴν τὴν θείαν ἐπιστήμην μεθέπων τὴν γνῶσιν· τὸ μὲν γὰρ νοεῖν ἐκ συνασκήσεως εἰς τὸ ἀεὶ νοεῖν ἐκτείνεται, τὸ δὲ ἀεὶ νοεῖν, οὐσία τοῦ γινώσκοντος κατὰ ἀνάκρασιν ἀδιάστατον γενομένη καὶ ἀίδιος θεωρία [1], ζῶσα ὑπόστασις μένει. Εἰ γοῦν τις καθ' ὑπόθεσιν προθείη τῷ γνωστικῷ, πότερον ἑλέσθαι βούλοιτο, τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ ἢ τὴν σωτηρίαν τὴν αἰώνιον, εἴη δὲ ταῦτα κεχωρισμένα (παντὸς μᾶλλον ἐν ταὐτότητι ὄντα), οὐδὲ καθ' ὁτιοῦν διστάσας ἕλοιτ' ἂν τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ, δι' αὐτὴν αἱρετὴν

unquam; non solum hominibus sed etiam omni naturae intellectuali divinae essentiae cognitionem inaccessibilem esse hac negatione determinans.

36. Ausim enim dicere, non eo quod velit salvus esse, eum (sc. verum gnosticum) cognitionem electurum, qui cognitionem persequitur propter ipsam divinam scientiam. Actus enim intelligendi continua exercitatione fit actus intelligendi perpetuus. Actus autem intelligendi perpetuus, secundum quamdam temperationem indissolubilem factus essentia ipsius cognoscentis et contemplatio perpetua [1], vivens substantia manet. Si quis ergo per hypothesim gnostico proposuerit utrum malit Dei cognitionem an salutem aeternam (supponendo ea esse separata, cum sint omnino identica), sine mora cognitionem Dei eliget, quia

[1] Sic Plotinus, *Enn.* III, VIII, 7 (θεωρία ζῶσα) : cf. *Enn.* III, VIII, 1 et 2; V, III. 5;

κρίνας εἶναι τὴν ἐπαναβεβηκυῖαν τῆς πίστεως δι' ἀγάπην εἰς γνῶσιν ἰδιότητα [1]. (*Strom.* lib. IV, cap. XXII; Stählin t. II, p. 308, l. 23 sq.; MG. t. VIII, col. 1345C).

Unio naturarum in Christo iuxta theoriam neoplatonicam de unione intelligibilium modo nestoriano explicatur

NEMESIUS

37. Ζητητέον δὲ πῶς ψυχῆς καὶ σώματος ἀψύχου γίνεται ἕνωσις. Ἄπορον γὰρ τὸ πρᾶγμα. Εἰ δὲ μὴ μόνον ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοῦ συνέστηκεν ὁ ἄνθρωπος, ὥς βούλονταί τινες [2], ἔτι πλέον ἀπορώτερον· εἰ δὲ καὶ ἄλλο παρὰ ταῦτά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὥς εἶπόν τινες, οὐδεμία λύσις τούτων. Πάντα γὰρ τὰ συνιόντα εἰς μιᾶς οὐσίας ὑπόστασιν πάντως ἑνοῦται· πάντα

---

iudicat propter se esse eligendam illius conditionem qui ex fide per caritatem ad cognitionem ascenderit [1].

37. Quaerendum est quomodo fiat unio animae et corporis inanimi. Dubia enim res est. Si autem non solum ex iis homo constat sed etiam ex intelligentia ut volunt nonnulli [2], longe magis res est ambigua. Si vero aliud etiam praeterea est homo, ut quidam dixerunt, nulla iam superest solutio. Omnia enim quae conveniunt ad unius naturae constitutionem, prorsus uniuntur; omnia autem quae uniuntur

---

[1] Cf. Philonem, *quod Deus sit immut.* 143; Wendland p. 86, l. 23 sq.; Plotinum, *Enn.* III, VIII, 1: Omnia tendunt ad contemplationem tanquam ad finem. In aliis tamen locis Clemens ipse docet fidem cognitione perfici, cognitionem autem caritate cui datur hereditas, ita ut processus salutis sit ex fide ad cognitionem et ex cognitione ad caritatem. *Strom.* lib. VII, cap. X et XVI; Stählin. t. III, p. 43. l. 29 sq. p. 72. l. 6 et 7; MG t. IX, col. 477 C - 481 B; 541 A.

[2] Nemesius ipse (*De natura hominis*, cap. I; col. 504 A) citat, post Plotinum, Apollinarium, Laodiceae episcopum, qui « hoc iacto suae opinionis fundamento, reliqua secundum suum proprium dogma astruxit ».

δὲ τὰ ἑνούμενα ἀλλοιοῦται καὶ οὐ μένει ἃ πρότερον ἦν, ὡς ἐπὶ τῶν στοιχείων δειχθήσεται [1]· ἑνωθέντα γὰρ ἄλλο τι γέγονε...

Πλάτων μὲν οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀπορίαν οὐ βούλεται τὸ ζῷον ἐκ ψυχῆς εἶναι καὶ σώματος· ἀλλὰ ψυχὴν σώματι κεχρημένην καὶ ὥσπερ ἐνδεδυμένην τὸ σῶμα. Ἔχει δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἄπορόν τι. Πῶς γὰρ ἓν εἶναι δύναται μέτα τοῦ ἐνδύματος ἡ ψυχή; οὐ γὰρ ἓν ὁ χιτὼν μετὰ τοῦ ἐνδεδυμένου. Ἀμμώνιος δὲ ὁ διδάσκαλος Πλωτίνου τὸ ζητούμενον τοῦτον τὸν τρόπον ἐπελύετο. Ἔλεγε [γὰρ] τὰ νοητὰ τοιαύτην ἔχειν φύσιν, ὡς καὶ ἑνοῦσθαι τοῖς δυναμένοις αὐτὰ δέξασθαι, καθάπερ τὰ συνεφθαρμένα [2], καὶ ἑνούμενα μένειν ἀσύγχυτα καὶ ἀδιάφθορα, ὡς τὰ παρακείμενα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ἡ ἕνωσις ἀλλοίωσιν τῶν συνιόντων πάντως ἐργάζεται, ἐπειδήπερ εἰς ἄλλα σώματα μεταβάλλεται, ὡς τὰ στοιχεῖα εἰς τὰ συγκρίματα, καὶ αἱ τροφαὶ εἰς αἷμα, τὸ δὲ αἷμα εἰς σάρκα καὶ τὰ λοιπὰ μόρια τοῦ σώματος· ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν ἕνωσις μὲν γίνεται, ἀλλοίωσις δὲ οὐ παρακολουθεῖ. Οὐ γὰρ πέφυκε τὸ νοητὸν κατ' οὐσίαν

---

mutantur nec remanent illud quod antea erant, ut de elementis ostendetur [1]; nam postquam unita sunt, aliud quid facta sunt...

Itaque Plato, hac difficultate commotus, non vult animal ex anima constare et corpore, sed ipsum esse animam quae corpus utatur et corpore sit velut vestita. Sed nec ista ratio difficultate caret. Quomodo enim unum esse potest anima cum vestitu? Non enim unum tunica est cum illo qui tunica est indutus. Hanc quaestionem Ammonius, Plotini magister, hoc modo solvebat: Dicebat enim intelligibilia talem habere naturam, ut et unirentur cum illis quae possunt ea recipere, sicut ea quae sunt simul corrupta [2], et, dum unirentur, manerent inconfusa et incorrupta, sicut ea quae sunt iuxtaposita. Nam in corporibus unio ea quae conveniunt omnino alterat, quandoquidem in alia corpora mutantur, sicut elementa in composita, et alimenta in sanguinem, sanguis vero in carnem et reliquas corporis partes. In iis autem quae sunt intelligibilia, unio quidem fit, sed alteratio nulla sequitur. Non enim est talis naturae intelligibile ut secundum essentiam alteretur; sed vel

[1] *Ibid*, cap. V, col 612 C et seq.

[2] i. c. sicut in illa compositione ubi datur componentium corruptio seu essentialis mutatio.

ἀλλοιοῦσθαι· ἀλλ' ἢ ἐξίσταται ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται[1], μεταβολὴν δὲ οὐκ ἐπιδέχεται· ἀλλ' οὔτε εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀθάνατον. Καὶ ἡ ψυχή, ζωὴ οὖσα, εἰ ἐν τῇ κράσει μετεβάλλετο, ἠλλοιώθη ἂν καὶ οὐκ ἔτι ἦν ζωή. Τί δὲ συνεβάλλετο τῷ σώματι, εἰ μὴ παρεῖχεν αὐτῷ τὴν ζωήν; οὐκ ἄρα ἀλλοιοῦται ἡ ψυχὴ ἐν τῇ ἑνώσει. Δεδειγμένου τοίνυν τούτου, ὅτι τὰ νοητὰ ἀναλλοίωτα κατ' ουσίαν ἐστίν, ἀναγκαίως παρακολουθεῖ τὸ καὶ ἑνούμενα αὐτὰ μὴ συνδιαφθείρεσθαι οἷς ἥνωνται. Καὶ ἥνωται τοίνυν καὶ ἀσυγχύτως ἥνωται τῷ σώματι ἡ ψυχή. Ὅτι μὲν γὰρ ἥνωται, ἡ συμπάθεια δείκνυσι· συμπαθεῖ γὰρ ὅλον ἑαυτῷ τὸ ζῷον, ὡς ἓν ὄν· ὅτι δὲ καὶ ἀσύγχυτος μένει, δῆλον ἐκ τοῦ τὴν ψυχὴν τρόπον τινα χωριζομένην τοῦ σώματος ἐν τῷ ὕπνῳ[2], καὶ ὥσπερ νεκρὸν αὐτὸ κεῖσθαι καταλείπουσαν, μόνον δὲ ἐξατμίζουσαν αὐτῷ τὴν ζωήν, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπόληται, καθ' ἑαυτὴν ἐν τοῖς ὀνείροις ἐνεργεῖν, θεσπίζουσαν

extasim patitur vel in non ens decidit[1], mutationem vero non patitur. Sed nec in non ens decidit: non enim esset immortale.

Etiam anima, quae vita est, si in mixtionem caderet, alteraretur nec vita amplius esset: quid autem conferret corpori, si ei vitam non impertiret? Anima ergo in unione non alteratur. Hoc demonstrato, sc. intelligibilia secundum essentiam non esse alterabilia, necessario sequitur ea, dum uniuntur, non simul corrumpi cum iis quibuscum unita sunt. Quare et unita et sine confusione est unita anima corpori. Quod enim est unita, hoc manifestat consensus (seu sympathia): nam consentit sibi totum animal, prout unum est. Quod autem sine confusione manet, ex eo constat quod anima in somno a corpore quodammodo separata[2], illudque quasi cadaver iacere relinquens, eique vitam tantum inspirans ne omnino pereat, per se in somniis operatur, praesentit futurum et appro-

[1] Iuxta philosophiam neoplatonicam, entia quae ad mundum intelligibilem pertinent duplicem habent motum sive ad illud quod est sursum πρὸς τὸ ἄνω, et talis conversio est extatica, sive ad illa quae sunt infra πρὸς τὰ κάτω. Cum autem materia sit non ens, motus animae ad sensibilia potest dici εἰς τὸ μὴ ὄν. Cf. *Enn.* I, lib. VI, cap. 7 et seq; IV, IV, 3; IV. VI. 3; IV, VIII, c. 4 et 7.

[2] Sic Plotinus, *Enn.* IV, lib. VII, cap. 8[5]; Volkmann, t. II. p. 134, l. 28 sq.

τὸ μέλλον καὶ τοῖς νοητοῖς πλησιάζουσαν. Τὸ αὐτὸ δὲ συμβαίνει καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὴν ἐπισκέπτηταί τι τῶν νοητῶν. Καὶ τότε γάρ, ὡς οἷόν τε, τοῦ σώματος ἑαυτὴν χωρίζει καὶ καθ' ἑαυτὴν γίνεται, ἵν' οὕτως ἐπιβάλῃ τοῖς οὖσιν. Ἀσώματος γὰρ οὖσα, δι' ὅλου κεχώρηκεν, ὡς τὰ συνεφθαρμένα, μένουσα ἀδιάφθορος, ὡς τὰ ἀσύγχυτα, καὶ τὸ καθ' ἑαυτὴν ἓν διασώζουσα, καὶ ἐν οἷς ἂν γένηται, τρέπουσα ἐκεῖνα κατὰ τὴν ἑαυτῆς ζωήν, καὶ μὴ τρεπομένη ὑπ' ἐκείνων.

Ὡς γὰρ ὁ ἥλιος τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ τὸν ἀέρα εἰς φῶς μεταβάλλει, ποιῶν αὐτὸν φωτοειδῆ, καὶ ἑνοῦται τῷ ἀέρι τὸ φῶς, ἀσυγχύτως ἅμα καὶ κεχυμένως[1]· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχή, ἑνουμένη τῷ σώματι, μένει παντελῶς ἀσύγχυτος· κατὰ τοῦτο μόνον διαλλάττουσα, ὅτι ὁ μὲν ἥλιος, σῶμα ὢν καὶ τόπῳ περιγραφόμενος, οὐκ ἔστι πανταχοῦ, ἔνθα καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ, ὡς οὐδὲ τὸ πῦρ· μένει γὰρ καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς ξύλοις ἢ ἐν τῇ θρυαλλίδι δεδεμένον, ὡς ἐν τόπῳ· ἡ δὲ ψυχή, ἀσώματος οὖσα καὶ μὴ περιγραφομένη τόπῳ, ὅλη δι' ὅλου χωρεῖ καὶ τοῦ φωτὸς ἑαυτῆς

pinquat ad intelligibilia. Quod item accidit et quando per seipsam aliquid intelligibilium considerat. Tunc enim, quantum fieri potest, seipsam separat a corpore et perseipsam fit, ita ut entia apprehendat. Cum enim est sine corpore, per totum permeat, sicut ea quae sunt simul corrupta, manet tamen incorrupta, sicut ea quae non sunt confusa, et conservat suam per se unitatem, et, in quibuscumque fuerit, ea secundum suam vitam vertit neque ab iis vertitur.

Quemadmodum enim sol praesentia sua aerem in lucem mutat, faciens eum lucidum, et unitur aeri lux et fusio fit quaedam inconfusa[1]; sic et anima, dum unitur corpori, remanet omnino inconfusa, hoc tantum a sole discrepans, quod sol, cum sit corpus et loco circumscribatur, non est ubicumque est lux sua; ita neque ignis, qui manet in lignis aut in lucerna tanquam in loco ligatus; anima vero quae est sine corpore et loco non circumscribitur, tota per totum et lucem suam et corpus permeat, neque pars est ulla ab anima illuminata in qua non

[1] Eandem fere comparationem vide in *Enn.* IV. lib. III. cap. 22; p. 35, l. 1-11. Cf. IV, III, 20, p. 32, l. 31 (anima non est in corpore tanquam in vase); IV, III. 9, p. 21, l. 11. seq.; V. V. 9, p. 217, l. 13-16. De diversis praesentiae modis, *Enn.* VI. IV. 11, praesertim p. 376, l. 26-31; V, VIII. 4.

καὶ τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἔστι μέρος φωτιζόμενον ὑφ' αὐτῆς, ἐν ᾧ μὴ ὅλη πάρεστιν. Οὐ γὰρ κρατεῖται ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' αὐτὴ κρατεῖ τὸ σῶμα· οὐδὲ ἐν τῷ σώματί ἐστιν, ὡς ἐν ἀγγείῳ ἢ ἀσκῷ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ σῶμα ἐν αὐτῇ. Μὴ κωλυόμενα γὰρ ὑπὸ τῶν σωμάτων τὰ νοητά, ἀλλὰ διὰ παντὸς σώματος χωροῦντα καὶ διαφοιτῶντα καὶ διεξιόντα, οὐχ οἷά τέ ἐστιν ὑπὸ τόπου σωματικοῦ κατέχεσθαι. Νοητὰ γὰρ ὄντα ἐν νοητοῖς καὶ τόποις [1] ἐστίν, ἢ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς, ἢ ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις νοητοῖς· ὡς ἡ ψυχὴ ποτὲ μὲν ἐν ἑαυτῇ ἐστιν, ὅταν λογίζηται, ποτὲ δὲ ἐν τῷ νῷ, ὅταν νοῇ [2]. Ἐπὰν οὖν ἐν σώματι λέγηται εἶναι, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ (ἐν) τῷ σώματι λέγεται εἶναι, ἀλλ' ὡς ἐν σχέσει, καὶ τῷ παρεῖναι· ὡς λέγεται ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. Καὶ γὰρ τῇ σχέσει καὶ τῇ πρός τι ῥοπῇ καὶ διαθέσει [3] δεδέσθαι φαμὲν ὑπὸ

adsit tota. Neque enim tenetur a corpore, sed ipsa corpus tenet; neque est in corpore, tanquam in vase aut utre sed potius corpus est in ea. Etenim intelligibilia, cum a corporibus non impediantur sed per omne corpus procedant et vagentur et pertranseant, non sunt huiusmodi ut a loco corporeo detineri possint. Nam cum intelligibilia sint, in intelligibilibus etiam sunt locis [1], scilicet, sive in seipsis sive in superioribus intelligibilibus: sic anima quandoque in seipsa est, dum ratiocinatur, quandoque in intelligentia, dum intelligit [2]. Cum enim in corpore esse dicitur, non tanquam in loco dicitur esse in corpore sed tanquam in relatione (ad corpus) et eo ipso quod praesens est, sicut Deus in nobis esse dicitur. Nam et relatione et inclinatione [3] ad aliquid

[1] De loco intelligibili videas Enn. VI, lib. VII, cap. 35; Volkmann, II. p. 469, l. 14. 15. Cf. Enn. V, IX. 1 et 2 (initio); V, VIII, 10, p. 243 l. 11; IV, VIII, 5, p. 149, l. 17; *Le désir de Dieu dans la philosophie de Plotin*, p. 48, nota 1.

[2] Cf. *Enn.* V, lib. III, cap. 8; *Enn.* VI. lib. VII, cap. 34 et 35, praesertim apud Volkmann t. II, p. 189, l. 21 et p. 468, l. 4.

[3] His verbis σχέσις, ῥοπή, διάθεσις philosophia neoplatonica exprimebat modum quo intelligibilia uniri possunt: Porphyr., Ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά III, IV, VI, XXVIII, XXIX, XXXII; Didot p. XXI l. 6, p. XXXI, l. 10 et 20, p. XXXV, l. 50, p. XXXVII, l. 3... Cf. Theodorum Mopsuest., Ex libris *de incarnatione Filii Dei, fragmenta dogmatica*, M.G. t. LXVI, col. 981 D - 984 A, 989 D, 992 C; 973 A-D; 976 A B.

τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, ὡς λέγομεν ὑπὸ τῆς ἐρωμένης δεδέσθαι τὸν ἐραστήν, οὐ σωματικῶς οὐδὲ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν....

Ὅταν οὖν ἐν σχέσει γένηται τὸ νοητὸν τόπου τινὸς ἢ πράγματος ἐν τόπῳ ὄντος, καταχρηστικώτερον λέγομεν ἐκεῖ αὐτὸ εἶναι, διὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐκεῖ, τὸν τόπον ἀντὶ τῆς σχέσεως καὶ τῆς ἐνεργείας λαμβάνοντες. Δέον γὰρ λέγειν· Ἐκεῖ ἐνεργεῖ, λέγομεν· Ἐκεῖ ἐστιν [1].

Ἁρμόσειε δ' ἂν οὗτος ὁ λόγος καθαρώτερον καὶ μάλιστα τῇ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἑνώσει τοῦ Θεοῦ Λόγου, καθ' ἣν ἑνωθεὶς ἔμεινεν ἀσύγχυτος καὶ ἀπερίληπτος, οὐ κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς τρόπον. Ἐκείνη μὲν γάρ, τῶν πεπληθυσμένων οὖσα, δοκεῖ καὶ συμπάσχειν πως δι' οἰκειότητα τῷ σώματι, καὶ κρατεῖν ἔσθ' ὅτε, καὶ κρατεῖσθαι· ὁ δὲ Θεὸς Λόγος, οὐδὲν αὐτὸς ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἀλλοιούμενος, οὐδὲ

et dispositione ligatam dicimus animam esse a corpore sicut ab amata ligatum amantem, non corpore neque loco sed secundum relationem...

Quando ergo illud quod est intelligibile fit in relatione cum loco quodam aut re quae sit in loco, per abusum dicimus ibi et ipsum esse, propter eius operationem quae ibi est, locum pro operatione accipientes. Cum enim dicendum sit: Ibi operatur, dicimus: Ibi est [1].

Illud quod dictum est liquidius et maxime convenit unioni Verbi Dei cum homine, iuxta quam post unionem inconfusum remansit et incomprehensum, non eodem tamen modo ac anima. Haec enim, cum una sit ex iis quae sunt multiplicata, videtur et aliquo modo compati propter familiaritatem cum corpore et tum ipsum tenere, tum ab ipso teneri. At Deus Verbum, nihil ipsum a societate corporis et animae

---

[1] De iis quae in hoc loco et postea dicuntur, iuvat prae oculis habere haec axiomata neoplatonica: *(1)* Omne principium, dum agit, dat aliquid sui: ἐνέργεια, φῶς, δύναμις; cf. *Enn.* VI, VII, 15, Volkmann t. II. p. 445, l. 5 sq.; VI. IV. 9 (circa finem). (2) Ubi sunt eius potentiae (δυνάμεις), ibi est et ipsum principium, *Enn.* VI, IV, 3, Volkmann, t. II, p. 365, l. 20 sq.; cf. *Le désir de Dieu*, p. 169 - 174. (3) Principium, ex quo potentiae effluunt, remanet id quod erat, sine diminutione, ἐκείνου οὐκ ἐλαττομένου (III, IV, 3; t. I, p. 263, l. 14; cf. III, IV, 4; III, II, 2; t. I, p. 228, l. 4; I, I, 8, t. I, p. 45. l. 24 sq.).

μετέχων τῆς ἐκείνων ἀσθενείας, μεταδιδοὺς δὲ αὐτοῖς τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, γίνεται σὺν αὐτοῖς ἕν, μένων ἐν ᾧπερ ἦν καὶ πρὸ τῆς ἑνώσεως· καινότερος οὗτος ὁ τρόπος τῆς κράσεως ἢ ἑνώσεως· καὶ κιρνᾶται καὶ μένει παντάπασιν ἄμικτος καὶ ἀσύγχυτος καὶ ἀδιάφθορος καὶ ἀμετάβλητος, οὐ συμπάσχων, ἀλλὰ συμπράττων μόνον, οὐδὲ συμφθειρόμενος καὶ συναλλοιούμενος, ἀλλὰ συναυξάνων μὲν ἐκεῖνα, αὐτὸς δὲ μὴ μειούμενος ὑπ' αὐτῶν... Μάρτυς (δὲ) τούτου ἐστὶ Πορφύριος, ὁ κατὰ τοῦ Χριστοῦ κινήσας τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν. Ἰσχυραὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν αἱ ὑπὲρ ἡμῶν μαρτυρίαι καὶ μηδεμίαν ἀντιλογίαν ἐπιδεχόμεναι. Οὗτος τοίνυν ὁ Πορφύριος ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ (τῷ Περὶ) τῶν συμμίκτων ζητημάτων [1] γράφει κατὰ λέξιν οὕτως· « Οὐκ ἀπογνωστέον οὖν ἐνδέχεσθαί τινα οὐσίαν παραληφθῆναι εἰς συμπλήρωσιν ἑτέρας οὐσίας καὶ εἶναι μέρος οὐσίας, μένουσαν κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν μετὰ τὸ συμπληροῦν ἄλλην οὐσίαν, ἕν τε σὺν ἄλλῳ γενομένην καὶ τὸ καθ' ἑαυτὴν ἓν διασώζουσαν· καὶ τὸ μεῖζον, αὐτὴν μὲν μὴ τρεπομένην, τρέπουσαν δὲ ἐκεῖνα ἐν οἷ ἂνς γίνηται εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν τῇ παρουσίᾳ ». Λέγει δὲ ταῦτα περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

alteratum, neque illorum imbecillitatis particeps factum, sed illis divinitatem suam impertiens, unum cum illis fit et permanet quod erat ante unionem. Novus quidem est hic modus mixtionis aut unionis: et miscetur et manet omnino sine mixtione et sine confusione et sine corruptione et sine mutatione, non simul patitur sed simul tantum agit, nec simul corrumpitur et alteratur, sed illa simul amplificat, ipsum vero ab illis non minuitur...

Quod testatur Porphyrius, qui contra Christum linguam suam exercuit. Valida autem sunt illa hostium quae nobis favent testimonia nec contradici quidquam potest. Porphyrius, inquam, ille in capite secundo sui operis *De variis quaestionibus* [1] sic ad verbum scribit: « Non negandum est accidere posse ut aliqua substantia ad complendam aliam substantiam assumatur et sit pars substantiae ita ut iuxta suam naturam maneat et simul aliam substantiam compleat, unum cum alio fiat et suam per se unitatem conservet; et, quod maius est, ipsa quidem non vertatur sed ea in quibus fuerit in suam operationem vertat ipsa praesentia ». Haec dicit de unione animae et corporis.

---

[1] Hoc opus Porhyrii periit.

Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀληθὴς ὁ λόγος διὰ τὸ ἀσώματον, πολλῷ πλέον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ μᾶλλον ἀσυγκρίτως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος ἀσωμάτου [1]. Ὅπερ ἄντικρυς ἀποφράττει τὰ στόματα τῶν ἐπιχειρούντων κατηγορεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο γὰρ Ἑλλήνων οἱ πολλοὶ γέλωτα ποιοῦνται, φάσκοντες ἀδύνατον καὶ ἀπίθανον καὶ ἀπρεπὲς εἶναι συγγενέσθαι θνητῇ φύσει τὸ Θεῖον κατὰ κρᾶσιν καὶ ἕνωσιν· ἀλλ' ἡμεῖς τοῖς εὐδοκίμοις αὐτῶν χρησάμενοι μάρτυσιν, ἀποδυόμεθα τὴν αἰτίαν. Λέγεται δὲ παρά τισι, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Εὐνομιανοῖς, ἡνῶσθαι τὸν Θεὸν Λόγον τῷ σώματι [2], οὐ κατ' οὐσίαν ἀλλὰ κατὰ τὰς ἑκατέρου δυνάμεις. Οὐ γὰρ εἶναι τὰς οὐσίας τὰς ἑνωθείσας ἢ κραθείσας, ἀλλὰ τὰς δυνάμεις τοῦ σώματος ταῖς δυνάμεσι ταῖς θείαις συγκεκρᾶσθαι, δυνάμεις δὲ τοῦ σώματος, πάντως δήπου τοῦ ὀργανικοῦ, κατὰ Ἀριστοτέλην, λέγουσιν εἶναι τὰς αἰσθήσεις. Ταύταις οὖν αἱ θεῖαι δυνάμεις συγκιρνάμεναι τὴν ἕνωσιν ἀπειργάσαντο, κατ' αὐτούς· οὐδεὶς δὲ ἂν αὐτοῖς, οἶμαι, συγχωρήσειε τὰς αἰσθήσεις

Quod si de anima verum est, quoniam non est corpus, multo verius de Deo Verbo, quod longe magis et secundum veritatem est incorporeum [1]. Hoc directe os obturat iis qui unionem Dei cum homine accusare conantur. Plerique enim Graecorum hoc irrident et dicunt indignum esse et improbabile et impossibile Divinitatem convenire cum natura humana secundum mixtionem et unionem. Sed nos eorum usi testimonio qui inter illos celebrantur, crimen depellimus.

Dicitur autem apud quosdam et praesertim apud Eunomianos unitum esse Deum Verbum corpori [2] non secundum substantiam, sed secundum utriusque potentias: non enim substantias unitas et mixtas esse, sed potentias corporis divinis potentiis esse commixtas; potentias corporis, scilicet organici, secundum Aristotelem, dicunt esse sensus. Quibus divinas potentias commixtas unionem effecisse contendunt. At

[1] Cf. S. Augustinum, *Epist. 137 ad Volusianum,* n. 11; *De civitate Dei,* lib. X. cap. 29, n. 2; M.L. t. XXXIII col. 520; t. XLI, col. 308; C.S.E.L. t. XLIV, sectio II, pars III; t. XL, pars I, p. 497.

[2] Non dicit: homini, vel: naturae humanae, sed: corpori. Idem dicit apud S. Gregorium Nyssenum, *Contra Eunomium,* lib. II; MG. t. XLV, col. 545 A.

σωματικὰς δυνάμεις ἀποφαινομένοις. Διώρισται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν σαφῶς τίνα μὲν ἴδια σώματος, τίνα δὲ ψυχῆς, τίνα δὲ τοῦ συναμφοτέρου· καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦ συναμφοτέρου τὰς δι' ὀργάνων αἰσθήσεις ἐτίθεμεν· αὐτὰ δὲ τὰ ὄργανα τοῦ σώματος ἐλέγομεν εἶναι. Βέλτιον οὖν, ὡς προείρηται, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν τῶν ἀσωμάτων ἀσυγχύτως τὴν ἕνωσιν γίνεσθαι τῶν οὐσιῶν, μηδὲν παραβλαπτομένης τῆς θειοτέρας ἐκ τῆς ὑποδεεστέρας, ἀλλὰ ταύτης μόνον ὠφελουμένης ἐκ τῆς θειοτέρας· ἐπείπερ ἡ καθαρῶς ἀσώματος φύσις χωρεῖ μὲν ἀκωλύτως διὰ πάντων, δι' αὐτῆς δὲ οὐδέν· ὥστε τῷ μὲν χωρεῖν αὐτὴν διὰ πάντων ἡνῶσθαι· τῷ δὲ μηδὲν δι' αὐτῆς, μένειν ἄμικτον καὶ ἀσύγχυτον. Οὐκ εὐδοκίᾳ τοίνυν ὁ τρόπος τῆς ἑνώσεως, ὥς τισι τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν δοκεῖ [1], ἀλλ' ἡ φύσις αἰτία. Τὸ μὲν γὰρ ἀναλαβεῖν σῶμα, κατ' εὐδοκίαν εἴποι τις ἂν εὐλόγως γεγενῆσθαι· τὸ δὲ ἑνούμενον μὴ συγχυθῆναι, κατὰ τὴν οἰκείαν τοῦ Θεοῦ φύσιν, οὐ κατ' εὐδοκίαν γίνεται. (*De natura hominis*, cap. III; MG. t. XL, col. 592-608).

nemo, opinor, hoc iis dederit sensus esse corporeas potentias. Supra enim clare explicatum est quaenam sint corporis propria, quaenam animae, quaenam compositi quod ex utroque resultat; et inter propria huius compositi sensus qui per organa fiunt ponebamus, ipsa vero organa corporis esse dicebamus. Melius ergo, prout antea dictum est, iuxta propriam naturam entium incorporeorum unio dicitur fieri substantiarum sine confusione, ita ut divinior nihil detrimenti ab inferiori accipiat, sed haec solum adiuvetur a diviniori; nam natura pure incorporea expedite penetrat omnia, ipsa vero a nullo penetratur; proinde, ex eo quod omnia penetrat, est unita, sed ex eo quod a nullo penetratur, remanet sine mixtione et sine confusione.

Non ergo beneplacitum est ratio unionis prout claris quibusdam viris videtur [1], sed natura est causa. Quod enim corpus assumitur, hoc secundum beneplacitum factum esse merito quispiam dixerit; quod autem in unione non fit confusio, hoc iuxta propriam Dei naturam accidit, non iuxta beneplacitum....

[1] scil. Theodoro Mopsuestano et sequacibus eius.

IMPRIMI POTEST

Romae, 2 Sept. 1935.

P. RAPHAEL BITETTI,
Praep. Prov. Rom. S. I.

IMPRIMATUR

Romae, 2 Sept. 1935.

† IOSEPHUS PALICA,
Archiep. Philipp., Vic. ger.

ROMAE - TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE

DOES NOT CIRCULATE

10. **Tertulliani: De Baptismo.** — Recensio nova cum introductione, notis, indicibus. (ADH. D'ALÈS). in-8°, pp. 58, 1933 - Lire. 4.
11. **De ordaliis.** — II. Ordo et rubricae. Acta et facta. Sententiae theologorum et canonistarum. (P. BROWE). in-8°, pp. 112, 1933 - Lire 6.
12. **De origine et evolutione interdicti.** - I. Scriptores, epistolae, concilia (W. RICHTER). in-8°, pp. 80, 1934 - L. 6.
13. **De origine et evolutione interdicti.** - II. Decreta Rom. Pontificum (W. RICHTER). in-8°, pp. 78, 1934 - L. 6.
14. **Quaestio de unico esse in Christo.** - Documenta saec. XIII. (E. HOCEDEZ). in-8°, pp. 132, 1933 - Lire 6.
15. **S. Leonis Magni Epistolae contra Eutychis Haeresim.** - I. Epistolae Concilio praemissae (C. SILVA-TAROUCA et F. DI CAPUA). in-8°, pp. 92, 1934 - Lire 6.
16. **De Causalitate Sacramentorum.** — Textus scholasticorum principaliorum (M. GIERENS). in-8°, pp. 127, 1935 - Lire 6.
17. **S. Roberti Bellarmini Lib. de Locis Communibus continens Tractatum primum de R. Pontifice.** — Fragmenta inedita (S. TROMP). in 8°, pp. 51, 1935 - Lire 4.
18. **Documenta Concilii Florentini de Unione Orientalium.** — I. De Unione Graecorum (G. HOFMANN). in 8°, pp. 34, 1935 - Lire 4.
19. **Documenta Concilii Florentini de Unione Orientalium.** — II. De Unione Armenorum (G. HOFMANN) in 8,° pp. 57, 1935 - Lire 4.
20. **S. Leoni Magni Epistolae contra Eutychis Haeresim.** - II. Epistolae post Concilium datae. (C. SILVA-TAROUCA). in 8.° pp. XII-112, 1935 - Lire 8.
21. **De Platonismo Patrum.** - (R. ARNOU) in 8.° pp. 58, 1935 - Lire 6.

SERIES PHILOSOPHICA

1. **De Platonis doctrina circa animam.**
Textus selecti (J. Souilhé). in-8°, pp. 84, 1932 - Lire 6.

2. **De origine formae materialis.**
Textus antiqui et recentiores (P. Hoenen). in-8°, pp. 88, 1932 - Lire 6.

3. **De principiis ethicae socialis.**
Documenta ultimorum Rom. Pontificum (G. Jarlot). in-8°, pp. 82, 1932 - Lire 6.

4. **Quinque viae S. Thomae ad demonstrandam existentiam Dei, apud antiquos Graecos, philosophos Arabes et Iudaeos praeformatae vel adumbratae.**
Textus selecti (R. Arnou). in-8°, pp. 104, 1932 - Lire 6.

5. **S. Thomae Aquinatis: De Ente et Essentia.**
Editio aucta introductione, notis, locis parallelis (Co. Boyer). in-8°, pp. 64, 1933 - Lire 4.

6. **Controversia de aeternitate mundi.**
Textus antiquorum et scholasticorum cum introductione et notis (M. Gierens). in-8°, pp. 103, 1933 - Lire 6.

7. **De Eudaimonia sive De Beatitudine.**
Textus e philosophis antiquis cum introductionibus et notis (J. B. Schuster). in-8°, pp. 55, 1933 - Lire 4.

8. **Aristotelis de Anima libri tres, graece et latine.**
Lib. I. - Editio cum versione et notis (P. Siwek). in-8° pp. 88, 1933 - Lire 6.

9. **Aristotelis de Anima libri tres.** Lib. II, (P. Siwek). in-8°, pp. 128, 1933 - Lire 7.

10. **Aristotelis de Anima libri tres.** Lib. III, (P. Siwek). in-8°, pp. 144, 1933 - Lire 7.

11. **S. Augustini doctrina de cognitione.** Textus selecti (L. Keeler). in-8°, pp. 80, 1934 - Lire 6.

ALII TOMI PARANTUR